BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII*
B
11
NAPOLI

4-36

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

كتاب
عجايب المقدور في اخبار تيمور
تاليف احمد بن عربشاه

AHMEDIS
ARABSIADÆ
VITÆ ET RERUM GESTARUM
TIMURI,
QUI VULGO
TAMERLANES
DICITUR,
HISTORIA.

LATINE VERTIT, ET ADNOTATIONES
ADJECIT
SAMUEL HENRICUS MANGER.

TOMUS I.

LEOVARDIÆ,
Apud H. A. DE CHALMOT, MDCCLXVII.

BIBLIOTECA NAZIONALE

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO ATQUE

CELSISSIMO

PRINCIPI

GULIELMO V.

ARAUSIÆ ET NASSAVIÆ PRINCIPI AC DOMINO,

TOTIUS FOEDERATI BELGII GUBERNATORI HEREDITARIO, ATQUE IMPERATORI TERRA MARIQUE SUMMO,

RELIQUA.

ACADEMIÆ FRISIORUM FRANEQUERANÆ CURATORI MAGNIFICENTISSIMO,

PATRI PATRIÆ BELGII OCELLO

HUNC

Digitized by Google

HUNC LIBRUM, MAGNI IMPERATORIS
RES GESTAS ET FATA COMPLEXUM,
SEQUE ADEO IPSUM, SUAQUE STUDIA,
CUM VOTO PERPETUÆ SALUTIS,

ET

PROSPERRIMORUM CUM REGIMINIS,
TUM CONSILIORUM SUCCESSUUM,
QUANTA DECET ANIMI RELIGIONE,
CONSECRAT

S. H. MANGER.

PRÆFATIO

Digitized by Google

PRÆFATIO.

IN lucem prodire jubeo *Ahmedis Arabſiadæ*, ſcriptoris magno ſuo merito celeberrimi, opus, cujus edendi quod ceperam conſilium, quando literas Orientales hac in Academia profitebar, mutata licet paulo poſt provincia, perſequendum tamen eſſe, & perficiendum inter ipſas novi muneris curas haud temere judicavi. Præterquam enim, quod iſtius doctrinæ, qua magnopere delectabar, honeſtisſimum amorem ſubito & repente deponere minime potuerim, adeo nihil in hoc ſtudiorum genere, quod Theologi cura minus dignum ſit, reperiri mihi perſuadeo, ut optime contra mereantur de ſacro codice, atque ipſa adeo Theologia, cujus univerſæ unus ille fons eſt & caput, quotquot ad Arabum ſermonem & monumenta illuſtranda laborem ſuum & ſtudia conferant. Quo in genere *Ahmedem* noſtrum maximi ſemper fecerunt, curaque ſua habuerunt digniſſimum viri his in literis facile principes; habuit

* certe,

certe, Vir Cl. *Golius*, ſtator ille literarum Orientalium in Belgio, atque ipſa adeo Europa, qui primus eum cum orbe erudito communicavit, *ſeparato volumini deſtinatis, quæ ad interpretationem ejus pertinent, & notis neceſſariis*, ut ipſe ſuum conſilium exponit in elegantisſima illa præfatione, quam huic noſtræ ſubjungendam curavi. Sed immaturus ejusdem obitus tantam omnium exſpectationem eluſit, neque, quæ de iſto labore forte ſuperſunt, veluti *verſio* illa *Goliana*, quam in manibus amici cujusdam ſui verſari obſervavit *Relandus* in præf. ad *Enchir. Borhaneddini*, ex tenebris ſuis adhuc prodierunt. Illa certe XVII. priora capita, manu *Dionyſii Vosſii* ſcripta, cum verſione Latina, *Goliana*, ut videtur, quæ in *Biblioth. Remonſtrantium* Amſtel. reperiri monuit *Lettenius* V. D. *in notitia auctorum Arab. voce Arabſiah*, nunc ibidem, nescio quo fato, deſiderantur, quod, literis ad me datis, me docuit *Ooſterbanius*, Vir D. qui ſacras literas in Gymnaſio Mennonitarum. Amſtelod. profitetur. Eo vero acerbiori caſu conſilium illud *Golii* ſupremus ejus dies intercepit, quo magis tanti viri, qui totus in his literis habitabat, cura & labore videbatur indigere ſcriptor, magni quidem in his literis momenti, ſed longe tamen difficillimus. Quam in rem uti mihi licebit auctoritate atque teſtimonio, prolixiori quidem, ſed præſenti inſtituto maxime idoneo, *Levini Warneri*, Viri Amplisſimi, & in Literatura Orientali quondam principis, qui de *ſtilo Timuri* data opera

ſententiam

ſententiam dixit in *Epiſtola Valedictoria*, *Lugduni Batav.* A. 1644. in lucem edita, nunc vero paulo rariori. *Non vulgarem*, inquit, *illius Hiſtoriæ conditor adhibet dictionem; ſed ſtylo ſublimiori, ſed auguſtiori eſt uſus, ſed ſermone non publici ſaporis opus ſuum exſtruxit. Plane ut videri posſit, quemadmodum res geſtæ Timuri* (*hominis uno nomine faſtos occupare volentis, & per omnem orbem titulos disponere*) *magnitudine ſint incredibiles, fortuna admirabiles, fama inuſitatæ: ita inſueto quodam ac aliis inuſitato charactere eas comprehendere, & orbi exhibere Author voluerit. Verborum fugit vilitatem, voces ſumit a plebe ſemotas: dicendi modum uſurpat difficilem; dum ſimplicem ſenſum magno vocabulorum ambitu intexit, variisque umbrantibus ſententiolis pingit. Id maxime operam dat, ut, quod & Alcorano ſolemne eſt, multa* ὁμοιόπτωτα ϗ ὁμοιοτέλευτα *adhibeat: unde difficultas augetur; cum non quævis eo accommodari posſint vocabula. Huc accedit, quamvis & hoc in aliis ſcriptoribus longe facilioribus nonnunquam uſu veniat, quod ſubinde ad obſcuriorem aliquem ritum alludat, vel dictionem proverbialem interſerat; eamque non integram interdum, ſed qua parte ſui deſiderium totius lectori relinquat. Nec id parum offendit, quod diverſisſimis eandem rem inſigniat vocabulis, ac commutatis vocibus idem ſæpius dicat. Quo ipſo copiam linguæ Arabicæ atque abundantiam vult commendare, quæ abysſus revera eſt ac Oceanus, quo non irrigatur, ſed plane inundatur, qui in illum ſe immergit.*

Digitized by Google

Sed & ſic obſcurus evadit hic Scriptor, quod idem vocabulum diverſis accommodare ſoleat ſignificationibus: unde variæ naſcuntur homonymiæ, quæ ni juvet ſenſus, ſuſpenſum ac dubium habeant lectorem, neceſſe eſt. Quibus quidem ambiguis locutionibus multum, in ligata præcipue oratione, Arabes & Perſæ ſtudent; ut divinandum ſæpe ſit, qua potiſſimum ſignificatione vox quævis accipi debeat. Atque hunc certe admirandum partum concipere aut edere AuthAuthor non potuit, niſi ingenti flumine literaturæ Arabicæ inundante. Sed dubium non eſt, quin in multis characterem hiſtoricum cum poëtico confuderit. Hiſtoricus enim naturali ſua pulchritudine exſurgit, & maculoſus minime eſt. Hic non eodem colore nitent omnia; jam enim deprimitur oratio, ut modum dicendi aliis uſitatum hiſtoricis æquet; jam aſſurgit, ut dum verba ſtylo poëtico effodiuntur, dictio emineat, extra hiſtoriae modum expreſſa. Quocunque autem ſtylo ſit uſus, eo omnino loco haberi hic Author poteſt, ut, quemadmodum in praefatione ad eum ſcribit vir Clariſſimus Dominus Jacobus Golius, *ſingulare illud linguarum Orientalium columen, ad Arabicii ſtudii metam perveniſſe videatur, & palmam ferre, qui unum hoc ejus ſtadium rite confecerit. Verum hic ſudandum eſt, hic labores exantlandi ſunt non vulgares, antequam eo pertingere quis poſſit. Certe qui varia Arabum ſcripta feliciter jam evolverit, multos Hiſtoricos cum fructu legerit; ubi ad lectionem hujus Authoris acceſſerit, parum ſe hactenus egiſſe, larga, opinor, concedet manu. Nec Alcorani*

quidem

Digitized by Google

quidem cognitio, quod a me aliquando quaeſitum memini, tantos polliceatur progreſſus, ut magnum aliquid in hoc Scriptore praeſtari poſſit.

Quæ poſtrema *Warneri* verba in aliam partem, ac dicta ſint, accepiſſe video *Hinckelmannum*, quando in erudita illa *Præfatione*, quam *Alcorano* a ſe edito præmiſit, poſtquam vere obſervasſet, *quod Coranus totius linguæ hodie norma ſit, & ſuis inde tam familiaris, ut non facile ſcriptum ullum Arabicum invenias, in quo non Corani ſententiæ, & hiſtoriæ partim citentur, partim ad eas adludatur*, mox ſubjungit: *quod quidem adeo verum eſt, ut mirer Virum Cl. Lev. Warnerum in Epiſt. Valedict.* pag. 9, 10. *quando in extollenda Timuri hiſtoria verſatur, negasſe, magnum aliquid in ſcriptore illo præſtare poſſe, qui Coranum intelligat.* Inſignem enim *Alcorani* uſum in intelligendo noſtro ſcriptore inficiari neque voluit, neque adeo potuit vir laudatus, qui non ignorabat, quam ille innumeris in locis acuminis cujusdam, aut eloquentiæ ſacræ gloriam ex ipſis his juris Muhammedici tabulis, earumque formulis, cum exprimendis, tum imitandis captaret, quæ proinde loca diligenter hac in editione obſervâre, atque in margine notare mearum esſe partium exiſtimavi, ſecutus ubique, ne quis erret, illam commatum diſtributionem, quam præivit *Maraccius*. Hoc autem unum iſtis verbis inculcatum voluit *Warnerus*, eam videlicet ſcripti hujus indolem ſibi videri, ut vel haud vulgaris ipſius *Corani* peritia pars tantum exigua ſit iſtius

eruditionis Orientalis, quæ ad juſtam ejus intelligentiam requiratur. Quod quam vere judicatum ſit, experiuntur omnes, quotquot unquam ſtudium ſuum ad hunc ſcriptorem applicuerunt, & magna exemplorum copia demonſtravit *Hottingerus* Hiſt. Eccleſ. N. T. t. iv. pag. 612 ſqq. ubi nonnulla pariter loca Latine reddidit, & compendium aliquid *Hiſtoriæ Timuri* nobis exhibuit, interdum quidem, ubi mentem auctoris minus dextre fuit adſecutus, haud ſatis incorruptum, laude tamen ſua minime defraudandum.

Verſionem vero Gallicam dedit *Petrus Vattier*, Gaſtonis, Ducis Aurelianenſis, Medicus & Conſiliarius, Pariſiis primum A. 1658, & altera vice, anno proximo, typis deſcriptam, non alio tamen cum diſcrimine, niſi quod huic poſteriori editioni partem adjecerit in priori neglectam, illam nimirum, quæ in textu Arabico *Ed. Gol.* habetur a pag. 316 usque ad pag. 397. Utraque magnæ quidem raritatis, & diu a me fruſtra in inſtructisſimis etiam Bibliothecis quæſita, nunc tamen uſibus meis inſervit, poſterior inprimis, quam pro ſumma ſua humanitate mihi commodavit Vir Cel. *J. J. Schultenſius.*

Non vulgaris procul dubio fuit in *Vattierio*, præſertim, ſi ratio temporis habeatur, Arabicæ linguæ peritia, cujus eximiam laudem viri, qui tunc floruerunt, eruditisſimi magno conſenſu illi tribuerunt.

Ejus certe nomen verbis amplisſimis ornavit, Vir ſummus, *Bochartus* in literis ad *Colomeſium* datis in *Gallia*

Digitized by Google

lia Orientali pag. 230; in illis vero *Bernardi Medonii* ad *Nic. Heinſium*, quæ reperiuntur *in Sylloge Epiſt. Ed. Burm.* t. V. p. 649 & 654. eum, ceu *virum magni nominis*, & *Arabicæ linguæ Profeſſorem eximium* celebrari videmus. Negari tamen nequit, quod jam obſervavit *Herbelotius in Biblioth. Orient.* pag. 72. quam plurima vitia in hac verſione ab eruditis deprehendi; tantam præterea licentiam, in locis præſertim difficilioribus, ſibi ſumſit, ut ſæpe numero vix, aut omnino non, ipſum *Arabſiam*, in integris fere verſionis paginis, agnoſcere liceat. Quod admodum mirari non poſſum in eo interprete, qui, ſi propius ſcriptorem Arabicum exprimeret, veritus ſibi fuiſſe videtur, ne faſtidioſum Gallicarum aurium ſenſum hac ratione forſan offenderet; qualem vero vertendi rationem ſibi tenendam eſſe judicaverit, ex his ipſis ejus verbis, quibus conſilium ſuum in *Præfatione* expoſuit, colligi facile poteſt: *J'ai bien voulu lui* [de *Arabſia* nimirum loquitur] *laiſſer quelques characteres d'etranger - - - Je ne les ai donc retenues toutes, n'y retranchées toutes, mais en omettant, ou changeant une partie, j'ai repreſenté l'autre fidellement.* Sed, quoquomodo ea res huic quidem ceciderit, pauca pro ſpecimine loca in ipſo opere notaſſe contentus, in quibus erraſſe deprehenditur *Valtierius*, in ejus laude omnino ponendum eſſe cenſeo, quod magnam interpretandi hujus ſcriptoris difficultatem ſi non penitus ſuperaverit, aliqua ſaltem parte minuerit. Illud etenim eſt *Ahmedis* noſtri

ingenium,

ingenium, ut, cum in hoc opere, ceu perenni doctrinæ ſuæ, atque eloquentiæ Arabicæ monumento, linguæ nunquam exhauſtæ copiam & vim exprimere voluerit, figuratum & reconditum orationis genus non aliquando adhibeat, ſed ubivis affectet, ut nunc ad Proverbium aliquod inter Arabas receptum, quod in promtu habeat interpres, oportet; nunc ad ritum aliquem, aut caſum vetuſtiorem, nec ubique obvium, alludat; accedit, quod *figura*, quam vocant *ex ambiguo*, ſive ſit *Antanaclaſis*, ſive *Sylloge*, tantopere delectetur, cui ceteroquin Orientis populi mirifice dediti ſunt, & ipſa quoque favet ſermonis indoles, ut, dum in ea nimius ſit, ejus oratio ſæpius in ænigmata, non ſine quodam lectoris faſtidio, degenerare videatur, verbi gratia, quando formulas ex *Proſodia Arabica* deſumtas ad omnem prælii cujusdam rationem delineandam inflectit. vid. pag. 191. *Ed. Gol.*

Sæpe præterea veterum ac laudatisſimorum ſcriptorum Poëtarumve loca, inſtituto ſuo idonea, ceu totidem gemmas, operi ſuo aut inſerit, aut ita ſtudioſe imitatur, ut cum ſermonis elegantia difficultatem pariter, niſi probe illa cognita ſint, haud parum adaugeat. Cujus generis ea ſunt, quæ ex nobilisſima carminum Anthologia, quæ *Hamaſæ* titulo celebratur, ex *Haririo*, *Tograio*, *Abul'ola*, aliis depromta, neque exiguo illa numero, reperies. Ante alios alterum illum belli *Saladinici* buccinatorem, *Amadoddinum Iſpahanenſem*, cui eloquentiæ

eloquentiæ Arabicæ principatus omnium ore defertur, ſæpius exprimere conatus eſt, quam in rem ſummi *Schultenſii* verbis, in *Præfatione vitæ Saladini* præfixa, quam meis, uti malo: *huic equiti* (de *Amadoddino* nimirum loquitur) *Haririus comparatus pedeſter ferme evadit. Arabſiades, ille grandiſonus Hiſtoriæ Tamerlanicæ conditor, hujus tantum veſtigia procul adorat, atque præcipuos flores honoresque potentisſimæ ſuæ dictionis ex Iſpahanenſi carpſit.*

Scriptorem vero per ſe ſatis utique difficilem, difficiliorem adhuc reddidit ingens mendorum numerus, qui Golianam Editionem occupavit, ſic ut intelligi quam plurimis in locis omnino nequeat, niſi libris ſcriptis, perpetuaque linguæ norma, cujus auctoritas ipſis Codicibus major eſt, in conſilium adhibitis, medicinam ei adferamus. Quam in rem, præter alias, quas nactus ſum, lectiones e Codice *Warneriano* longe præſtantisſimo, & *Picqueſiano* excerptas, inſtar omnium mihi fuit inſignis illa notarum criticarum & collationum materia, quæ primum ab *A. Schultenſio* collecta, & ad marginem libri ſui adſcripta, inde ad plures utriusque *Schultenſii* diſcipulos fuit propagata, & in his ad *Fabrum* quoque, qui per paucos admodum menſes Profeſſoris Linguarum Orientalium honorem hac in Academia geſſit, quo mox exſtincto, emtionis jure ad me devenit, cum ipſo libro, notarum illarum exemplum, quarum uſum aliunde mihi facile impetraſſem, niſi hac ratione temporis, quod in

Digitized by Google

transſcribendo conſumendum ceteroquin fuiſſet, compendium aliquod honeſte me facere poſſe judicaſſem. Ex hoc tamen fonte illa procul dubio manavit calumnia, quæ me *Fabri* defuncti copiis, ſcilicet! inſtructum in hunc campum deſcendiſſe, aut, quemadmodum creſcere illa ſolet eundo, iſtius laborem pro meo per incredibilem auduciam nunc venditare, furtim diſſeminavit. Quo commento licet nihil invidioſius, ſed & ineptius confingi poſſit, in tanta tamen impudentia reprimenda, quæ contemtu magis vindicanda videtur, non multum laborabo, cui vel hoc unum abunde ſufficit, quod magna cum fiducia, & ea, quam publico debemus, reverentia profiteri poſſim, ne literulam quidem de ſuo defunctum adjeciſſe, nihil hic, niſi *Schultenſianum*, reperiri, quod probe ſum expertus, quando, ne in unius deſcriptoris induſtria requieſcerem, quem oſcitanter ſæpenumero functum officio ſuo deprehendebam, easdem notas ab aliis etiam transſcriptas, & mecum benevole communicatas comparavi. Quæ cum in plurium manibus verſentur, nihil hic adfirmo, niſi quod ante oculos omnium commonſtrari poſſit. Sed tædet his ineptiis diſcutiendis meum & Lectoris otium fallere.

Quod autem in emendando, atque interpretando ſcriptore, corrupto pariter, & difficillimo, laudatæ illæ Viri ſummi obſervationes me plurimum juverint, facemque ſæpiſſime prætulerint, lubens agnoſco & profiteor. Contulit nimirum *A. Schultenſius* V. C. alterum

præſertim

Digitized by Google

præſertim eorum codicum, quos in præfatione ſua *Cl. Golius* ait, ſe adhibuisſe in edenda hac hiſtoria, quem ea de cauſa *Golianum* plerumque nuncupamus, cui manus ipſius *Golii* hic illic in margine quædam adjecerat. Scriptus autem ille codex fuit in Oriente ante ducentos circiter annos, quod tempus a deſcriptore his verbis in fine Codicis notatum reperitur: وكان العراغ من نسخة ليلة السبت في قريب من اواخر شهر شعبان وقريب من دخول رمضان المعظم سنة خمس واربعين وتسعماية id eſt: *deſcriptio abſoluta eſt die Saturni, ſub finem menſis Sjabani, & initium Ramadani magni, Anno* [Hegiræ] 945. Hinc illinc etiam uti licuit lectionibus excerptis ex *Codice Warneriano*, Goliano quidem xxxv annis recentiori, ſed elegantisſimo tamen charactere, atque accurate exarato, quem inter cimelia ſua ſervat Bibliotheca Lugduno-Batava. Præter hiſtoriam Timuri impresſam continet etiam *Orationem* noſtri *finalem*, خاتمة dictam, cujus exemplum nitidisſime deſcriptum, & cum gemino codice comparatum, cum ex inſigni beneficio *J. E. Scheidii* V. C. & ad hæc ſtudia promovenda nati, posſideam, animus eſt eam quoque luci publicæ, ceu operis hujus corollarium quoddam & ornamentum, exponere.

Quæ vero ſub nomine *Chartarum Hemſterhuſianarum* aliquando laudantur, notas quasdam continent, & lectiones varias, quas ex Oriente ad Celeb. Golium com-

mentator aliquis transmiſerat, quarum ſcedulas aliquas, beneficio Celeberrimi *Hemſterhuſii*, penes ſe habuit *Cl. A. Schultens*, ut ipſe profitetur in *Animadv. Philol.* pag. 155.

His igitur aliisque præſidiis inſtructi nobis hoc videmur conſecuti, ut textus, innumeris mendis ante vitiatus, nunc emendatior prodiret, &, ſi non ubique mentem ſcriptoris attigerim, quod vix ulli datum, aut per imprudentiam aberraverim, in univerſum tamen intellectu facilior evaderet, quo fructus libri, his in literis inter Claſsicos merito numerandi, ad plures Arabicæ literaturæ ſtudioſos redundaret.

Quantum enim momenti poſitum ſit in uberiori copia ſcriptorum Arabicorum, qui bonæ notæ ſint, ad promovendum hujus doctrinæ ſtudium, idque adeo ad majus faſtigium evehendum, res ipſa docet; namque eadem procul dubio tenenda hic eſt ratio, qua viri eruditisſimi fuerunt uſi, qui linguæ Græcæ, Romanæve decus ac honorem, certatim editis optimis ſcriptoribus, reſtituerunt, & quam exemplo ſuo comprobatam dederunt ſummi illi viri, qui, luci publicæ expoſitis Arabum monumentis, ad literarum Orientalium uſum eruditos revocarunt.

Mihi certe vehementer placet elegantisſimi *Relandi* ſententia, quam hac de cauſa dixit in Præfatione *Borhaneddini Enchiridio* præmiſſa: *inprimis de hoc ſtudio bene merentur, qui libros Arabicis typis deſcribi, & verſione Latina ornari*

Digitized by Google

nari curant, quum ex iis linguæ genius peti debeat, & difficulter ab unoquoque codices manuſcripti, quibus ſolus Oriens utitur, comparari queant, aut ſi forte, vel in bibliothecis publicis, vel privatis Europæ inveniuntur, non omnibus pateant, nec patere posſint.

Originum profecto reconditarum ſtudium, quo carere neutiquam poteſt profundior literarum Orientalium cognitio, ex hoc demum fonte, uberiori nimirum ſcriptorum elegantisſimorum copia rigari debere; hinc artus ſuos & nervos recipere, jejunum ceteroquin futurum, incertisque opinionum fluctibus expoſitum, nihil habet dubitationis. Quam inſignem vero utilitatis fructum hoc in genere præbeat *Arabſiæ* noſtri præclarum opus, omnes agnoſcunt, quibus aliquis eſt harum literarum uſus, &, argumento eſſe poteſt, Virorum, qui his in literis principatum tenent, *Schultenſiorum*, *Schroederorum*, & quotquot horum veſtigia feliciter premunt, auctoritas atque exemplum; quos omnes, quoties in confirmandis ſuis obſervationibus de vero verborum uſu & proprietate verſantur, toties ad hunc ipſum *Vitæ Timuri* conditorem, tanquam optimum Arabicæ dictionis magiſtrum, provocare, ejusque auctoritate lubenter niti videmus.

Proximum nunc eſt, ut pauca quædam, quæ ad cognoſcendum propius *Ahmedem* noſtrum facere posſint, ſubjungamus; ubi præteriri minime debet locupletisſimus ille rerum Orientalium auctor, *Herbelotius*, qui cum nobis unus ſit inſtar omnium, ipſis ejus verbis, quibus *Arabſiæ* nomen illuſtravit, pag. 121. uti mihi licebit:

** 3 *Ahmed*

Ahmed ben Mohammed plus connu ſou le nom de Ben Arab-ſchach, Docteur celebre de la loi Muſelmanne étoit natif de Damas, ou il mourut l'an 854 *de l'Hegire, & de J. C.* 1450. *Il eſt auteur des livres ſuivans. Le prémier porte le nom de FAHEKAT AL KHOLEFA, ou, l'utilite, que l'on peut recueillir de leur hiſtoire. Le ſecond eſt, AGIAIB ALMACDUR FI AKHBAR TIMUR, les merveilleux effects du decret Divin dans le recit des faits de Timur; c'eſt l'hiſtoire de Tamerlan. Le troiſiéme eſt, ERSCHAD AL MOFID BIL TAOUHID, traité de l'unité de Dieu.*

Sed addi præterea debet ejusdem auctoris noſtri opus Ethicum, quod inſcripſit مراة الادب *Merat al adbab;* id eſt, *ſpeculum morum*, cujus ipſe meminit pag. m. 184. Conf. *Herbel.* pag. 72.

Ex pleniori vero inſcriptione, quam *Hiſtoria Timuri* in *MS.* præfert, uberiorem quandam *Ahmedis* noſtri cognitionem, atque adeo elogium, capere licebit, ubi, poſt receptum titulum, كتاب عجايب المقدور في اخبار تيمور, hæc inſuper addita reperimus:
تاليف الامام العالم العلامة اقضي
اقضاة شهاب الدين وحيد عصره وفريد
دهره جامع فنون العلوم والادب قايد
زمام المعاني ابو العباس احمد عربشاه الانصاري
id eſt: *Liber Antiſtitis, Doctoris doctisſimi, juſtisſimi Judicum, ſtellæ lucidæ religionis, ſeculi ſui unici & incomparabilis, qui colligit omnes ſpecies doctrinæ ac morum, qui gubernat eloquentiæ Abulabbaſi habenas, Ahmedis Arab-*

ſiadæ

Digitized by Google

ſiadæ Anſaridæ; e quibus ultro apparet, eum *Antiſtitis*, qui populo nimirum preces præit, & *Kadhii*, ſive *Judicis*, officio functum fuiſſe, neque vulgari auctoritate, atque eloquentiæ laude floruiſſe. Quis vero ſit ille *Abulabbaſus*, cujus in eloquentiæ ſtudio magiſter fuerit, prorſus ignoro. Epitheton autem illud, quod *Ahmedis* nomini ſubjungitur, الانصاري *Anſarius*, indicium facit, eum ex eorum eſſe numero, qui genus ſuum referunt ad antiquos illos *Medinenſes*, qui primi *Muhammedis* partes ſuſceperunt, atque inde κατ' ἐξοχὴν انصار, *Protectores*, adpellari meruerunt, quemadmodum videre eſt apud *Abulf. in Vita Muhamm.* Cap. XVII. & *Elmacinum Hiſt. Sarac.* p. 4.

Aetatis ſuæ tempus, ſive illud, quo ſcriptum ſuum publici juris fecit, ipſe ſæpius hoc in opere deſignavit, verbi gratia p. m. 376. itemque p. 255, 397 & 420. *Ed. Gol.* ubi illud incidere memorat in annum *Hegiræ* 840; huc quoque pertinet, quod p. m. 12. *Tomi ſecundi*, Anno 839 in regiones *Rumæorum* ſe veniſſe perhibeat; & p. 440. *Ed. Gol.* laudet ea, quæ ſibi narraverit *Gemaleddinus Ahmed Choarazmius*, quem addit, diem ſuum obiiſſe A. H. 831. Recentem itaque memoriam habere potuit rerum a *Timuro* geſtarum, quippe qui vivere demum deſiit A. H. 807. unde p. m. 12. non ad ea tantum provocat, quæ ab aliis acceperat, ſed quæ ſuis etiam oculis obſervaverat.

In *oratione* vero *finali*, quam ſupra laudavi, tam de ſe ipſo, quam de opere ſuo, multa ſcitu jucunda pariter

&

& utilia ſcripto conſignavit, ſilentio nunc prætermittenda, quandoquidem in animo mihi eſt, eam integram ſuo loco ſubjungere, & cum reliqua hujus Hiſtoriæ parte publici juris facere; cavendum enim eſſe ſentio, ne præter modum creſcat primi hujus voluminis magnitudo, qua de cauſa miſſa nunc facio, quæ de rebus, ad ipſam *Tamerlanis* Hiſtoriam ſpectantibus, meove inſtituto adhuc obſervari poſſent.

Digitized by Google

ADDENDA

VEL

EMENDANDA.

Pag. m. 19. lin. 8. *ima*, excidit *debilem;* legendum itaque: *& debilem efficit ſtrenuum;* ad verbum eſt: *adjungit impotentem cum firmum propoſitum habente.*

—— 21. lin. 6. *ima* pro *ſeque ad pedes ejus proſternebat*, verte potius: *ſeque in pedes ſuos erexit.*

ibid. lin. 4. *ima* pro *permutat* ——— *easque offert*, lege *erogat animam* [ſeu vitam] *& opes ſuas:* noſtrates dicerent, *hy heeft goed en bloed daar voor over;* eleganter etenim عرض & عرض geminari ſolent, ut prius ſignificet *animam*, *corpus*, *dignitatem*, poſterius vero, forma pl. fracti τȣ̃ *Gnardzon*, *rem omnem*, *quam quis posſidet præter nummos.*

Pag. 23. lin. 9. pro *ſub ſequentis initium*, verte *interim*, quo ſenſu, mox p. m. 30. lin. 4. *ima*, redit واثناء هذه الحالات.

Pag. 30.

Pag. 30. lin. 5. formula illa كل قديم هجرة, de qua prius dubitabam, recte ſeſe habet, vertenda: *omnes antiqui aerae*, ſive intelligendi ſint *granædvi*, ſive, *quibus vetera erant regna*, ad verbum ſonat hæc pericopa: *& donec aquatum iret in novum Imperium ejus omnis antiquus aerae, ex nobili & ignobili.*

— m. 43. n. 85. notavi *Abu-Abdallam* illum esſe, qui *Sunnam*, ſive *traditionum corpus*, ſcripto tradidit, ſed ab hoc diſtingui debere, qui noſtro in loco laudatur, etſi nomen utriusque idem ſit, docet ætatis diverſa ratio, namque celeberrimus ille Muslemiorum Doctor *Abdalla*, qui *traditiones* primum collegit, noſtrum vivendo longe prævertit; floruit enim A. H. 256. Vid. *Herbel.* pag. 208. & *Pocock.* ad Spec. H. Ar. pag. 378. Nihiloſecius inſignis etiam fuit in *Alcoranum* commentator ille, cujus hic loci mentio fit, quippe quem *Alcoranum* centum voluminibus explicuisſe obſervat auctor pag. 422. *Ed. Gol.*

— 34. lin. 5. *ima* ad verbum ſonat *ne quæras*, *quomodo grasſatus fuerit* &c., id eſt *tot fuere*, *ut narrari nequeant.*

— m. 38. lin. *ima.* Ad proverbium illud alterum illuſtrandum وضيع اللبن في الصيف *lac in aeſtate periit*, aut *interceptum eſt*, obſervo, illud quoque adhibitum reperiri in *Conſessu Haririi*

Haririi nondum edito, xliii ſub finem, ubi his utitur verbis:

ثم نهضت اتعقبه فكنت كمن ضيع اللبن في الصيف

(pro اتعقبه vero ſuſpicor legendum potius أتعقبه) id eſt: *dein ſurrexi ad inſectandum eum, ſed fui, ſicut cujus lac periit*, interceptum eſt, *in aſtate.* Quod proverbium verbis *Scholiaſtæ* juvat hic evolvere:

مثل يضرب لمن فاته شيء فطلبه بغير وقته قاله عمرو التميمي وكان تزوج بنت لقيط زرارة وكان شيخا مسنا ذا مال كثير فبغضته بسبب كبره وسألته طلاقها وتزوجها عمر بن سعد بن زرارة وكان شابا معدما فبينما هو جالس ان خطرت عليهما ابل عمرو فقال لها ابعثي اليه يعطيك لبنا فارسلت اليه فقال لرسوله قل لها في الصيف ضيعت اللبن يريد انه طلقها في الصيف فضاع لبنها وفي ذلك الوقت

Eſt proverbium, quod cuditur in eum, cujus res periit, eamque quærit alieno tempore. Dixit illud Amru Temimenſis, qui uxorem duxerat filiam Lekitbi, filii Zeraræ, fuitque ſenex grandaevus, ſed dive; eumque odio habuit uxor ob ſenectutem, rogavitque libellum repudii; tunc eam duxit Omar Fil. Saäd, fil. Zerarae, qui juvenis erat, ſed opibus carens; dumque humi ſedebat, ecce praeteriit (vel in mentem venit) *ipſos camelus Amri, dixitque uxori ſuae: mitte ad illum, ut det tibi lac, miſitque ad eum, ſed dixit legato ejus: dic ei:*

Digitized by Google

ei: in æſtate lac perdidiſti, *ſignificans, ſe dimiſiſſe ipſam in aeſtate, & periiſſe lac ejus eo ipſo tempore.*

Pag. 46. lin. 1. pro المجان legendum omnino المجار, quod noſter ſolet eleganter conjungere cum حقيقة. vid. pag. 44. lin. 1. *ima.*

ibid. lin. 2. pro ويزان & *ornatur*, Codex Leidenſis rectius legit ويزار & *probatur*, quando ὁμοιοτέλευτον habes præcedentis المجار, pro vulgato المجان.

Pag. 104. l. 5. ima lege ملكت.

ibid. l. 4. ima. Eandem juramenti formulam *per Dominum Caäbae* reperitur quoque apud *Elmac.* Hiſt. Sar. pag. 42.

Pag. 256. l. 9. pro يلاده lege بلاده.

Ad pag. 268. lin 2. *ima.* فجاءها الباس &c. eſt ad imitationem *Corani*, *Sur.* VII: 4, & 98.

Pag. 312. lin. 5. *ima.* lege نسور.

JACOBI

JACOBI GOLII
PRAEFATIO.
ARABICAE LINGUAE STUDIOSIS S.

QUi in linguæ ſtudio cum laude & fructu verſari cupit, duo inprimis ab illo ſpectari debent: alterum quidem, ut dum addiſcit verba, augeri quoque poſſit nova cognitione rerum: alterum vero, ut ejusmodi ſcriptorem deligat cum cura verſandum, qui genium idiomatis habitumque & uſum luculenter expreſſerit. Cui utrique rei in Arabica lingua ſimul obtinendæ, apprime oportunum mibi viſum fuit, quod nunc in lucem editur, exoticæ hoc Hiſtoriæ monumentum. Nam fatale illud Timuri nomen, ut quondam totum terrore implevit Orbem; *ita poſteris, admiratione & ſtupore captis, ingens cognoscendæ tantæ rei deſiderium reliquit. Quæ autem ad nos de illa hactenus pervenere, vix umbrae haberi poſſunt; aut vix aliud, quam ſomnia & commenta*

A *debent:*

Digitized by Google

debent: niſi pauca forſan, quae in Europae confiniis geſta ſunt. At Orientis populi, quos Scythici illa belli conquaſſavit tempeſtas, proprios caſus & univerſam rem, ut facere cum fide poterant, ita cum diligentia memoriae mandarunt; velut ſpectandum omni populo atque aevo exemplum. Inter eos Autor noſter, qui multa ipſe viderat, & a praeclaris viris plurima acceperat, hunc inſuper propoſitum ſibi habuit ſcopum, ut deſcribenda illa hiſtoria, quae animos adhuc perculſos atque attonitos maxime afficiebat, tum ſuis, tum peregrinis, praeſertim vero Perſis, recluderet Arabicae literaturae campos: utpote cujus cultum una cum caeteris vite deliciis ac ornamentis communis illa ſeculi calamitas obliteraſſet. Cui fini ex omnis fere doctrinae materia ſingulari artificio telam contexuit, quae, velut aulaeum quoddam, univerſae illius fortunae imaginem ad vivum exhiberet. Utque lectoris ſtudium magis excitare poſſet, argumentum per ſe triſte ac horridum, cum ſimul fœcundum eſſet atque diffuſum, grata rerum varietate temperavit, & varia orationis gratia condivit.

Poſtquam igitur hoc inſtituto ac opere ſuo Autor ipſi placuit Orienti, quod non obſcuris teſtimoniis cognovi, ejusque ſtudiis commodo atque emolumento fuit; gratam quoque Vobis, qui ad eaſdem

Digitized by Google

easdem literas animum appuliſtis, ejus fore copiam confido. Eoque magis, quo multa plura inde commoda ad Vos redire poſſint. Siquidem permulta in eo opere gentibus illis familiaria erant ac trita: nobis autem omnia peregrina atque ignota exiſtunt. Quorum tamen ſingula ad Orientalium rerum adyta penetranda, atque augendam eruditionem momentum habent. A quorum numero ne ea quidem excipienda fuerint, quæ ad Pſeudo-prophetæ Muhammedis impoſturam, aut ſeducti populi errores ac ſuperſtitionem ſpectant. Qualia nonnulla, licet rarius, inter alia occurrunt. Quin immo innoteſcere illa Reip. Chriſtianæ & funditus perſpecta eſſe, tanti refert; quantis contendi debet votis ac ſtudiis, ut remedia, quae recta ratio pietasque dictant, ad vomicam illam tandem adhiberi poſſint. Quae ſive neglecta tot ſeculis, ſive diſſimulata, magis invaluit, & potiorem Mundi partem altius inſedit, magno Chriſtianis relicto oſcitantiæ probro. Haec quidem, ut mihi videtur, jubent in edendis Autoribus etiam ſtudio ſervare, quae hujus generis in quibusdam extant: neque, ſi deleta unquam ex aliorum animis velimus, apud nos expungere; prout nonnulli ſuadent. Quo conſilio pariter oporteret multa Ethnicorum ſcripta, quae ſemper in precio habita fuerunt, ſingulis fere partibus mutilari, ac perire. Tum neutiquam puto

Digitized by Google

mei eſſe juris aliena vincta caedere vel expurgare pro arbitrio meo: neque etiam Chriſtianae exiſtimationis aut prudentiae moveri iis malae fidei, aut vani metus ſuſpicionem; quos veritate ingenua & virtute victos perducere optamus in ſalutis viam. Operam itaque dedi, ut Scriptorem hunc integrum, & qualem offendi, factaque gemini codicis M. S. collatione emendatum publicarem: ſeparato volumini deſtinatis, quae ad interpretationem ejus pertinent, & neceſſarias notas. Neque enim dubitem tali ipſum loco habere, ut exiſtimem ad Arabici ſtudii metam perveniſſe & palmam ferre, qui unum hoc ejus ſtadium rite confecerit. Ut vero ad eam rem facilis & inoffenſa pateret via, propoſitum mihi fuerat junctim dare volumen utrumque: ſed cum Arabico ad umbilicum perducto, ejus in anteceſſum editionem Typographi urgerent; nolui eorum commoda, aut forte etiam veſtra, remorari. De cujus quidem operis ſcopo & ratione haec paucis praemonere, & veſtra & mea intereſſe duxi. Vos aequo & benevolo animo exceptum praelibate, & alterum, ut plenius illo frui liceat, parantibus favete.

كتاب

Digitized by Google

كتاب

عجايب المقدور

في اخبار تيمور

تاليف احمد بن عربشاه

AHMEDIS ARABSIADÆ VITÆ ET RERUM GESTARUM TIMURI, QUI VULGO *TAMERLANES* DICITUR, HISTORIA.

Digitized by Google

بسم الله الرحمن الرحيم وهو
حسبي ونعم الوكيل.

الحمد لله الذي على منوال ارادته وتدبيره تنسج مقاطع الامور ومن ينبوع قضايه السي لجج قدره (¹) يجري تيار (²) الاعصار والدهور. اذاق بعض بني ادم باس بعض (³) ليبلوهم ايهم احسن عملا وهو العزيز الغفور. وارسل عليهم (⁴) في القرن الثامن من الهجرة بعثار فتن اقبلت كقطع من الليل المظلم لم يدر احد ما هي فاذا هي تمور. احمده حمد من كان على شفا حفرة من نارها فانقذه منها واشكره شكر من ورطه فيها عدله فانجته (⁵) ايادي فضله عنها.
واشهد

(¹) Ita ex *Cod. Warneriano* pro تجري quod in *Ed. Gol.*
(²) Mendoſe ibidem الاعصار pro الاعصار uti recte legit *Cod. W.*
(³) Ex *Cor. Sur.* LXVII: 2.
(⁴) Sic *Cod. W.* pro vulgato من.
(⁵) Mſ. Gol. I. فانجته.

Digitized by Google

ARABSIADÆ

PRAEFATIO.

In Nomine Dei Miſeratoris Miſericordis! Sufficit Ille mihi & o Optimum Illum Protectorem!

LAus Deo! cujus ſuper Voluntatis & Imperii liciatorio texuntur negotiorum telæ, cujusque ex decreti ſcaturigine ad potentiæ ejus abyſſum fluunt fluctus temporum & ſeculorum. Qui guſtandam præbet hominum aliis aliorum vim, *ut exploret eos, quis nam præſtet opere. Ipſe autem eſt Præpotens, & Condonator.* Quique immiſit in eos ſæculo 8vo Hegiræ maria bellorum ingruentia, ut (6) *denſa atræ noctis caligo*, quæ antequam quis obſervaret, undiquaque jam æſtuabant. Celebro eum laude debita ab eo, *quem* (7) *ſuper labium foveæ æſtus eorum conſtitutum inde eripuit*, gratiasque

(6) Conf. *Vit. Sal. p.* 140. infr. & *Cor. Sur.* xv: 64.
(7) *Ex Cor. S.* III. 103.

Digitized by Google

واشهد ان لا اله الا الله الحكم العدل الذي يقتص المظلوم من الظالم يوم الفصل، واشهد ان سيدنا محمدا عبده ورسوله الذي ارسله رحمة للعالمين وجعله رسول الله وخاتم النبيين، واخبر صلي الله عليه وسلم عن السر المصون ونبا بما كان في الازل وبما يكون الي يوم يبعثون، واستعاذ من غلبة الدين وقهر الرجال ومن فتنة المحيا والممات ومن فتنة المسيح الدجال، صلي الله عليه صلاة تذكي المسك الاذفر في صدور الكتب والتواريخ وتدني لقايلها في دار الجزاء ثمرات الحسنات من اعلي الشماريخ. وعلي اله واصحابه الذين افاضوا سيول الفتح في الاقاليم (⁸) نغمروها وشيدوا اركان الاسلام (⁹) واناروا الارض بالايمان وعمروها بالعدل والاحسان اكثر مما عمروها وسلم تسليما غزيرا دايما ابدا كثيرا. اما بعد فلما كان في التواريخ عبرة لمن اعتبر وتنبية لمن افتكر واعلام ان قاطن الدنيا علي سفر واحضار

(⁸) Sic appoſite in *Warn.* pro نعمروا quod in *Edit. Gol.* legitur.

(⁹) Ita *Cod. War.* pro vulgato واثروا confer tamen geminum locum *Cor. S.* xxx: 9. ubi واناروا legitur.

(¹⁰) V. de hac formula *Pocock. Spec. H. Ar. p.* 344.

tiasque ei ago debitas ab eo, quem in eam pro juſtitia ſua detruſum, benignitatis ejus manus inde exemerunt. Et teſtor, *non eſſe Deum*, *niſi Deum*, ſupremum Dominum, eumque juſtisſimum, qui vindicabit oppresſum a tyranno, die judicii. Inſuper teſtor, Dominum noſtrum Muhammedem ſervum ejus esſe, & Apoſtolum, quem miſit miſericordiæ donum huic univerſo, quemque conſtituit *Legatum Dei*, & (11) *ſigillum Prophetarum.* Renunciavit is, *cui Deus propitius ſit*, & *ſalutem præſtet!* de arcano abſcondito, & annuntiavit, quod ab omni æternitate contigit, & futurum eſt usque ad diem reſurrectionis. Auxilium quoque gratiæ Divinæ adverſus (12) *imperium peccati*, *violentiam hominum*, *ærumnam vitæ & mortis*, & *tentationes Pſeudo Mesſiæ ſupplex imploro.* Benedicat ei Deus benedictionibus, quæ odorem musci fragrantisſimi ſpirent in frontiſpiciis librorum & annalium, quæque eas voventi in beata retributionis ſede ad delicatos celſisſimarum palmarum fructus aditum præbeant. Et familiæ ejus, ſociisque, qui diffuderunt quoquoverſus fluenta victoriæ per climata mundi, confirmantes columnas Islamismi, & illuſtrantes terram vera fide, quam excoluerunt æquitate & probitate, magis, quam veteres coloni. Et faveat ſalute ampla, indeſinente, perenni, abundante! *Poſt hæc vero;* ſiquidem referunt annales res miras, unde quis exemplum capiat & hiſtorias conſideratu dignisſimas, & indicia,

(11) Ex *Cor. Sur.* XXXIII: 39.

(12) In libro de زوار المساجد ubi mala, Divino implorato auxilio, averruncanda recenſentur, hæc paulo aliter leguntur, videlicet, pro من غلبة الدين وقهر الرجال, uti eſt apud noſtrum; من عذاب الجهنم ومن عذاب القبر &c.

واحضار لصورة (13) حال من مضي (14) وغبر كبغ قدر واقتدر ونهي وامر وبني وعمر وختل وختر وغلب وقهر وكسر وجبر وجمع وادخر وتكبر وفخر وكبغ عبس وبسر وضحك واستبشر ونقلب في (15) اطوارة من الطفولية (16) الي ان قلبته ايدي الغبر واختطفته وهو امن ما (17) يكون بمخالب القضاء والقدر (18) فخالط ما صفا من عيشه الكدر وتنغص حتي ذهب عنه ما حلا ومر ان في ذلك (19) عبرة لمن اعتبر وتذكرة (20) لمن اذكر وتبصرة لمن استبصر وكان من اعجب القضايا بل من اعظم للبلايا والفتنة للتي يحار (21) فيها اللبيب ويدهش في دجي حندسها الفطن الاريب ويسبه فيها (22) الحليم ويذل فيها العزيز ويهان الكريم

(13) Ex *Cod. W.* auctoritate inſerui, حال omiſſum in *Ed. Gol.*

(14) Ita *Cod. W.* pro وعبر, neque aliter legitur infra pag. 145. in *Ed. Gol.*

(15) Ita recte *MSS.* pro vulgato اوطارة.

(16) Adde ex *MSS.* الي الكبر.

(17) Vera hæc eſt lectio, quam præfert *Cod. W.* pro مما.

(18) Ita ibidem, quod magis huc quadrat quam vulgatum بما

dicia, habitatorem mundi eſſe in via, & repræſentationes ſtatus ejus, qui ad plures abiit, quomodo dominatus fuerit, & potentia polluerit; vetaverit, & præceperit; ædificaverit & colonis inſtruxerit; defraudaverit, deceperit, vim intulerit, coëgerit, vim vi contuderit, & denuo reſtauraverit, & collegerit; vilipenderit, ſuperbe egerit, ſeque jactaverit, & quomodo caperatum tetricumque vultum induerit, mox ridibundus & ſerenus, ſeque varie gesſerit in ſuis negotiis ab infantia usque ad provectam ætatem, donec eum ſubverterent manus fortunæ, abriperentque ſecurum de futuris, unguibus decreti & judicii, involvente limpidisſimam ejus vitam lutulenta conturbatione, adeo ut aufugiat ab eo dulcedo æque ac amaritudo; utique in iis eſt exemplum, quod obſervetur, & monumentum memorabile; ex maxime vero admirandis rebus geſtis, imo ex vehementisſimis calamitatibus bellicis, in quibus attonitus hæreat cordatisſimus, quarumque in obſcuritatis tenebris caliget ſagacitas prudentisſimi; deſipiat ſapiens; vilis videatur potens, & contemtibilis honoratus, Hiſtoria eſt TIMURI capitis improborum, claudi impoſtoris, qui (23) *firmo talo ſtare fecit* per Orientem & Occidentem calamitatem bellicam, obviam

فخطا بها. Cæterum confer de hac phraſi *Cl. Schult. ad Job.* pag. 382.

(19) Sic legit *Mſ. W.* pro لعبير.

(20) Deeſt لبن in *Cod. W.*

(21) Al. يتشار.

(22) Ita melius *Cod. W.* pro vulgato الحكيم.

(23) Gemina phraſis recurrit infra pag. 90. l. 7 in *Ed. Gol.* Infeliciter vero *Vattier*: hanc pericopam dedit *qui a perſecuté l'Orient de telle ſorte, que les proches parens* &c.

الكريم قصة (24) تيمور راس الفساق الاعرج الدجال
الذي اقام الفتنة شرقا وغربا علي ساق اقبلت الدنيا
الدنية عليه فتولي وسعي في الارض فافسد فيها واهلك
الحرث والنسل وتبع حتي عمته النجاسة صعيد الارض (25)
فغسل بسيف الطغيان كل (26) اغر محجل توحققت نجاسته
بهذا الغسل لردت (27) ان اذكر منها ما رايته واقص في
ذلك ما رويته ان كانت احدي الكبر ولم العبر والداهية
(28) لا يرضي القضا في وصفها بذا القدر والله (29) اساله الهام
الصدق وسلوك طريق الحق انه ولي الاجابة ومسدد سهم
المرام الي غرض الاصابة وهو حسبي ونعم الوكيل.

فصل في ذكر نسبه وتدريج استيلايه علي الممالك (30) وسببه

نسبه تيمور بتاء مكسورة مثناة فوقا وياء ساكنة مثناة
تحتا

(24) *Cod. W.* legit. قضبة.

(25) Alluditur ad *luſtrationem ſacram*, quam Muhammedanis, ubi aqua deficit, *pulvere puro* adhibito, peragere permiſit Pſeudo-Propheta *Cor. Sur.* v: 7.

(26) Conf. *Excerpt. ex Ham.* pag. 472.

(27) Ita *Cod. W.* pro ان.

(28) Inferit *Cod. Warn.* التي.

(29) *Cod. W.* اسال.

(30) Hanc vocem alias omiſſam ex *Cod. Warn.* repoſui.

viam ei eunte mundo vili & ſumma rerum potitus eſt, & grasſatus per terram, inque ea perdidit & vaſtavit (31) *arva hominesque ; lavitque ſe pulvere terræ, usque dum impurus redderetur*, & abluit gladio tyrannico omnem *nota candida præditum in fronte & pedibus*, quo ipſo manifeſta fiebat ejus impuritas; unde volui referre, quæ ipſe viderim, aut ex aliorum relatione intellexerim, cum ſit unicum prodigiorum, & *mater* dirorum exemplorum, atque portentum, *quod* (32) *Deus nolit plenius narrari ab eminentiori aliquo viro.* A Deo autem inſtinctum veritatis precor, & procesſum viæ juſtæ, cujus eſt exaudire, & dirigere ſagittam propoſiti ad ſcopum collimatum. *Sufficit ille mihi, & o egregium Protectorem!*

CAPUT I.

De ſtirpe ejus, & modo, quo gradatim ſibi regna ſubjecit.

Nomen ejus fuit TIMUR cum *Te Kesrato* ſuperne duobus punctis inſignito, & *Je quiescente* infra itidem duo puncta habente, & *Waw* quiescente inter *Mim*

(31) Ita ex Corano ſæpius noſter. Conf. pag. 42 & 72. *Edit. Gol.*

(32) Ita ſe modeſtiæ cum ſpecie deprimit auctor, ut ſimul odio ſuo in Timurum indulgeat; quam mentem non adſecutus interpres Gallus mira aberratione dedit, *evenemens, qu'on ne peut pas raiſonnablement borner en ſi peu de place.*

Digitized by Google

نعتنا وواو ساكنة بين ميم مضمومة وراء مهملة هذه طريقة
(33) املايه وفي التصريف زنة بنايه لكن كرة الالفاظ
للاعجمية ان تداولها (34) صولجان اللغة العربية خرطها في
الدوران علي بناء لوزن انها ودحرجها كيف شاء في ميدان
لسانها فقالوا في هذا تارة تمور واخري تمرلنك ولم يجر
عليهم في دلك (35) حرج ولا ضنك وهو بالتركي (36) الحديد
(37) ابن ترغاي بن ابغاي. ومسقط راس ذلك الغدار قرية خواجه
(38) تسمي ايلغار وهي من اعمال الكش فابعدها الله من الكش
والكش مدينة من مدن ماوراء النهر عن سمرقند نحو من
(39) ثلث عشر شهر. قبل (40) انه روي ليلة ولد كان شبا
شبيه الخوذة تراي طايرا في عنان الجو ثم سقط الي (41) فضاء
الدور.

(33) Confer pro hac ſignificatione, quam ſub hac forma negligunt *Giggejus* & *Golius*, *Harir. Conſ.* VI. pag. 256. & *Eutych. Ann.* T. I. pag. 282.

(34) Elegantia comparationis, qua voces peregrinas ab Arabibus pronuntiatas in alias flecti formas exponit, magis adhuc elucescit, ex eo, quod ipſum illud vocabulum, quo *clavam* exprimit, *Perſicæ* originis ab Arabum ore mirum in modum detorqueatur, v. *Hyd. de lud. Or.* l. II. pag. 251.

(35) Ita recte *Cod. Warn.* pro vulgato خرخ.

(36) *Demir* nempe Turcis *ferrum* ſignificat, pro quo pronuntiant ſæpe *Temir*. Conf. *Herbel.* in *voce Timour* pag. 877.

(37) Inſerit Alius Cod. والملنك الاعرج.

(38) Ex *Cod. Warn.* تـــــــــــــــي reſtitui.

Mim Dammatum & *Re* a punĉto Diacritico liberum: hoc modo *diĉtari* ſolet, & ſic etiam ſe habet ratio formæ ejus; verum pila vocum barbararum, quando verſat eam *clava luſoria* linguæ Arabicæ, tornatur in gyrum pro ratione formarum ejus, & pro lubitu circumvolvitur in Hippodromo linguæ; ita nunc dicunt *Temur*, nunc vero *Temerlenc*, (neque in eo crimen committunt,) *illud* autem Turcice *ferrum* notat, *Lenc* vero *claudum*. Filius fuit *Targæi Fil. Abgæi.* Locus natalis iſtius fraudatoris fuit pagus *Domini*, cui nomen *Ilgar*, ditionis *Kesh*, removeat eum Deus ab horto Paradiſi! eſt autem Kesh Urbs inter Urbes Transoxianæ, *duobus* fere *diebus Samarcanda diſtans.* Dicunt noĉte, qua natus fuit, apparuisſe rem quandam galeæ ſimilem, viſam volitare in aëre, tum decidiſſe in medium campum, quæ dein ſuper terra disſipabatur; inde etiam volitasſe prunas veluti ac favillas ſeque conglomerasſe, ita ut replerent campum & urbem; ferunt quoque, in lucem edito iſto improbo, plenas fuisſe ejus volas ſanguine recenter effuſo. De quibus prodigiis conſuluerunt augures & divinatores,

(39) Conf. *Herbel.* in *Ilgar.* Niſi legendum *Bulgar*, uti *Th. Hyde præfat.* in *Tabulas Ulug-Beig* T. 1. ex *MS.* habet. In *præfatione* vero *Hiſtoriæ Timuri*, quam e Perſica Gallicam fecit *P. de la Croix*, natus dicitur *dans le Bourg de Sebz; ſitué hors l'enceinte des murs de la Ville de Kech.*

(40) Ad literam ſonat, *decima tertia parte menſis*, unde *biduum* fere colligitur, quam circumlocutionem captavit noſter propter rythmum, quem obſervare licet in vocibus ſimiliter cadentibus نـــهـــر & شـــهـــر.

(41) Omisſum انه leg. ex *MS.* & mox فضاء ex *Cod. W.* quod in *Ed. Gol.* minus reĉte cum articulo legitur الفضاء.

الدو ثم انبث علي الارض وانتشر وتطاير منه مثل الجمر
والشرر وتراكم حتي ملا البدو والحضر وقيل لما سقط
الي الارض ذلك السقيط (42) كانت كفاه مماوتين
من الدم العبيط ، فسالوا عن احواله الزواجر والقافة
وتفحصوا (43) عن تاويل ذلك من الكهنة واهل (44)
العيافة فقال بعضهم يكون شرطيا وقال بعض ينشا
لصا حراميا وقال قوم بل (45) يكون قصابا سفاكا
وقال اخرون بل يصير جلادا سباكا (46)
(47) وتظافرت هذه الاقوال الي ان ال امره الي انما ال.
وكان هو وابوه من الغدادين ومن طايفة (48) اوشاب لا عقل
لهم ولا دين وقيل كانا من الحشم الرحالة والاوباش البطالة
وكانت مما وراء النهر ماواهم وتلك الضواحي مشتاهم ،
وقيل كان ابوه اسكافا فقيرا جدا وكان هو شابا
جديدا جلدا. ولكنه لما كان به من القله يتجرم
وبسبب تلك (49) الاصرام يتضرر ويتصرم ففي بعض الليالي
سرق غنمة واحتملها فضربه الراعي في كتفه بسهم
فابطلها

(42) Ita recte *Cod. W.* pro vulgato كان.
(43) Ita ex *Cod. W.* corrigendum وتفحص in *Ed. Gol.*
(44) Sic *Cod. W.* pro vulgato القيافة.
(45) Verbum hoc in *Ed. Gol.* omiſſum exhibet *Cod. W.*
(46) Confer inſignem metaphoram ſub finem *Cap.* x. qua iti-
dem

divinatores, deque eorum ſignificatione explorarunt ariolos & *auſpices*, quorum alii responderunt, portendi prætorianum ſatellitem; alii, adulturum cum latronem, alii vero lanium cruentum, alii denique fore eum carnificem, certantibus inter ſe his ſermonibus, donec res ejus eventum ſortirentur. Fuerunt autem ipſe ac pater ejus ex paſtoribus, turba miscella, rationis & religionis turba experte; alii dicunt, utrumque fuiſſe ex genere hominum huc illuc iter agere adſueto & audaci, qui in Tranſoxiana degebant, inque ejus finibus hibernabant. Ab aliis iterum dicitur pater ejus fuiſſe faber pauperrimus, hic vero ab adolescentia acumine ingenii & robore polluiſſe; præ paupertate autem latrocinia agere incepiſſe, cujus audaciæ occaſione læſus & mutilatus fuerit; quum enim ovem, quam nocte aliqua ſuffuratus fuerat,

dem noſtrum سبك *fudit*, ſpeciatim *metallum*, ad *carnificinam* transfertur.

(47) Ita *Cod. W.* pro quo vulgo legitur وتظارث.

(48) Manifeſte corruptum, quod in *Ed. Gol.* proſtat, ارساب ex اوشاب quod eſt in *Cod. W.* & alibi quoque ab Auctore noſtro cum الاوباش quod pariter *turbam inconditam diverſi generis hominum* ſignificat, conjungitur. v. p. 108. lin. 4. *Ed. Gol.*

(49) Ita ex *Cod. W.* repoſui pro vulgato الاجرام uti mox وينصرم pro وينضرم in *Ed. Gol.*

Digitized by Google

فابطلها وثني عليه باخري في فخذه فاخطلها فازداد
كسرا علي فقره ولوما علي شره ورغبة (50) في الفساد وحنقا
علي العباد والبلاد. وطلب له في ذلك الاضراب والنظراء
وعشي عن ذكر الرحمن فقيض له من الشياطين (51) القرناء
مثل عباس وجهان شاه وقماري وسليمان شاه وايدكو
(52) تبور وجاكو وسيف الدين نحو اربعين لا دنيا لهم
ولا دين، وكان مع ضيق يده وقلة عدده وعدده وضعف
بدنه وحاله وعدم ماله ورجاله يذكر لهم انه طالب الملك
ومورد ملوك الدنيا موارد الهلك وهم لذلك يتناقلون
عنه هذا النقل وينسبونه الي كثرة الحماقة وقلة العقل
ويدنونه منهم ويقبلون (53) اليه ليسخروا منه ويضحكوا عليه،
ان المقادير اذا ساعدت والحقت العاجز (54) بالحازم فشرع
فيما يقصده والقضاء يرشده والقدر ينشده

لا يوئسنك من مجد تباعده فان للمجد تدريجا وترتيبا.
ان القناة التي شاهدت رفعتها تنمو فتنبت انبوبا فانبوبا.
وكان في بلد الكش شيخ يسمي شمس الدين
الفاخوري

(50) Ita *Cod. W.* quod magis placet, quam vulgatum علي.

(51) Ita malim cum *Cod. W.* legere, quam quod eſt in *Ed. Gol.* قرباء.

(52) In *Ed. Gol.* ſcribitur تبود ſed præſtat ex *Cod. W.* تبور.

(53) Ex *Cod. W.* repoſui اليه in *Ed. Gol.* omiſſum.

rat, adſportare vellet, paſtor ei humerum ſagitta diverberavit, confecitque, atque altera in coxam ejus immiſſa eam vitiavit. Acceſſit itaque paupertati mutilatio, & vitium malitiæ ejus & aviditati, qua graſſabatur omnibus infeſtus. Quæſivitque ſibi tunc ſui ſimiles & æquales poſthabita Dei reverentia, ſibique adjunxit ſatanicos ſocios, veluti *Abaſum*, *Gjebansjabum*, *Kamaræum*, *Solimanem Sjabum*, *Idacuum*, *Timurum*, *Ghacoum* & *Seifoddinum*, circiter quadraginta absque opibus & absque religione homines. Quantumvis autem impotens eſſet tenuesque ejus copiæ & apparatus & imbecillis corporis ejus conſtitutio & ſtatus, absque opibus & militibus, narrabat tamen iis *ſe Regiam dignitatem ambire & invaſurum Reges hujus mundi invaſione exitiali;* de qua ejus narratione illi inter ſe jocabantur, plerisque cenſentibus eum eſſe hominem fatuum, & ſtolidum, atque ad eum accedebant eique obviam ibant, ut eum riſu & joco exciperent. *Utique cum fortuna opem fert, & efficit ſtrenuum, promovebit id, quod intendit, dirigente eum fato, & ductrice providentia:*

Neutiquam Tibi deſperandum eſt de gloria, unde longius fueris remotus, ad eam enim gradatim & ordine via ſternitur.
Utique canna, quam vides altius elevatam, non creſcit & turgeſcit, niſi articulatim.

Fuit autem in regione Keshenſi venerabilis aliquis Senex, nomine

(54) Vulgo legitur بالجازم nullo ſane ſenſu; ex *Cod. W.* dedi بالحازم quod *ſtrenuum* & *fortem* denotat conf. *p.* 154. *l.* 7. *Ed. Gol.* quo nomine eleganter τῷ العاجز opponitur.

الفاخوري وهو معتقد تلك البلاد وعليه لكل من قصد شيا من امر الدين والدنيا الاعتماد، فذكر ان تيمور وهو فقير عاجز بين عز موهوم وذل ناجز لم يكن له سوي ثوب (55) قطني وانه باعه واشتري بثمنه راس ماعز وقصد (56) به الشيخ المشار اليه وعول فيما قصده عليه، وقد ربط بطرف حبل عنق ذلك العناق (57) وربق عنق نفسه بالطرف الاخر من ذلك (58) الوثاق وجعل ينشحط علي عصا من جريد حتي دخل علي ذلك الشيخ المغبد وصادفه وهو والفقرا مشغولين بالذكر (59) ومستغرقين فيما هم فيه من الوجد والفكر فلا زال قايما حتي افاقوا من حالهم (60) وسكنوا من قالهم، فلما وقع نظر الشيخ عليه سارع الي تقبيل يديه واكب علي رجليه فتفكر الشيخ ساعة ثم رفع راسه الي الجماعة وقال كان هذا الرجل بذل عرضه وعرضه واستمدنا في طلب ما لا يساوي عند الله تعالي جناح بعوضة

(55) Ita *Cod. W.* pro vulgato قطن.

(56) Deëſt به in *Cod. W.*

(57) Ita *Cod. W.* pro ربط quod jam præceſſerat.

(58) Et hic *Cod. W.* habet الرباق.

(59) Omiſſa eſt in *Ed. Gol.* copula و quam recte addit *Cod. W.*

(60) Pro incommoda in hac ſede Arab. ستك ex *Cod. W.* repoſui سكن, qua non alia magis appoſite hic adhiberi poterat,

nomine Sjemſoddinus Fachuræus, maximæ in iſtis regionibus auctoritatis, quem omnes ſive in Politicis, ſive in Eccleſiaſticis conſulebant. Referunt, Timurum, cum pauper, impotens, medius inter magnitudinem opinione conceptam, & tenuitatem præſentem, nihil haberet, præter veſtem goſſipinam, eam vendidiſſe, ejusque pretio (61) ſibi comparaſſe *capram* de grege, quacum Senem, laudatum adierit, & fidei ejus propoſitum ſuum commiſerit. Adſtrinxerat autem alterum extremum funis collo hujus capellæ, altero ſuum collum revinxerat, atque ita lento gradu proceſſit baculo de ramo palmæ innixus, donec ad Senem illum ſalutarem intraret, quem invenit cum pauperibus (62) in commemoratione rerum divinarum occupatum, altiſſimaque meditatione immerſum, quam ob rem tamdiu ſubſtitit, donec ad ſe rediiſſent, & requievisſent a ſuo ſermone. Simul autem ac Senex oculos in eum coniecit, mox manus ejus oſculabatur, ſeque ad pedes ejus proſternebat. Tum ille paulisper meditabundus elato ad conventum capite dixit: „ *Hicce vir permutat facultates ſuas, easque offert, ut imploret opem noſtram petendo* „ *id, quod ne muscæ quidem alæ pretio æſtimaverit Deus O. M.* „ *videamus ergo ut ei ſubveniamus, neque eum deteſtemur aut* „ *repella-*

poterat, quippe qua *ſummum gradum taciturnitatis, omni ſedato ſtrepitu & tumultuatione* exprimunt *Arabes; conf. p.* 58. *l. ima, Ed. Gol.* eademque vis ſe in Hebr. סכת & cognato סכט plane offert.

(61) Arabismus effert *caput capræ*, pro *capra* conf. *Cl. Sch. Animadv. p.* 191.

(62) *Pauperes* الفقراء cum maxime illi ſunt intelligendi, quos Turcæ *Derviſios* appellant, homines nempe, qui religionis cauſa paupertatem profitentur, Muslimiorum *Monachi*. Plura dabit *Herbel. p.* 330. & *Thevenot.* Itiner. parte. III. Ed. Belg. 134.

بعوضه فنشري ان نسمده ولا نحترمه ولا نسرده، فسامدوه بالدعا، لسعافنا لما طلبه فاشبهت قصته قضية ثعلبه ورجع من عند الشيخ وخرج وعرج بعد ما عرج الي ما عرج. وقيل انه كان في بعض تحرماته فضل الطريق صورة كما ضلها معني وسيرة (٥٥) وكان يهلك عطشا وجوعا وسار علي ذلك لسبوعا فوقع في اثناء ذلك علي خيل السلطان فتلقاه الجشاري باللطف والاحسان، وكان تيمور ممن يعرف خصايص الخيل بسماتها ويفرق بين هجانها وهجينها بمجرد النظر الي هياتها، فاطلع الجشاري علي ذلك منه واخذ علم ذلك عنه وزاد فيه رغبة وطلب منه دوام الصحبة، وجهزه الي السلطان مع افراس طلبها منه واخبره بفضيلته وما شاهده عنه، فانعم السلطان عليه ووصي به الجشاري ورده اليه، فلم ينشب الجشاري ان مات فتولي تيمور وظيفته ولا يزال يترقي عند السلطان حتي تزوج شقيقته، ثم انه غاضبها في بعض مكالمته ومقاله فعيرته بما كان عليه من لول امره وحاله فسل السيف ونحاها علي انها تنغر من بين يديه، فلم تكترث به ولم تلتفت اليه فضربها ضربة ازهق بها نفسها

„ *repellamus*". Adjuverunt ergo eum precibus, quibus ſuccurrebant ejus deſiderio; atque ita perſonam egit vulpis; tum a ſene rediit, & progreſſus conſcendit gradatim, etiam ſi claudus, ad faſtigium exoptatum. Dicitur etiam, quum latrocinium quoddam ageret, atque videretur aberrare a via, quemadmodum a recto tramite revera aberrabat, prope abfuiſſe, quin periret ſiti & fame, quo in ſtatu quum per hebdomadam verſatus eſſet, incidit ſub ſequentis initium in equos Sultani, quorum Præfectus comiter eum & benigne excepit. Erat autem Timur ex iis, qui cognita habent ſigna diacritica equorum, & ſolo adſpectu ex forma externa norunt diſcernere nobiles inter & ignobiles. Qua de re quum eum exploraſſet Hipparchus, & ab eo ſcientiam hanc eſſet edoctus, crevit ejus deſiderium, & perpetuam illius ſocietatem expetiit. Deduxitque eum ad Sultanum una cum equis ab eo requiſitis, indicans ei ipſius peritiam, quidque de eo ipſe viderat. Gratioſe ergo eum excepit Sultanus, eumque Hipparcho commendatum dimiſit. Mortuo autem paulo poſt Hipparcho, Timurus in ejus locum ſurrogatus non deſiit altius ſe inſinuare in favorem Sultani, ita ut uxorem duxerit germanam ipſius ſororem. Hæc autem, quando ipſi conſuesceret, ſermone ejus irritata quum ei exprobraret priſtinam conditionem & ſtatum, gladio educto illi imminuit, ut ex manibus ipſius effugeret. Cum vero nihil eum curaret, ictu inflicto eam interfecit, ſepulcroque mandavit. Tum non potuit niſi deficere, rebellare, ferocire atque exorbitare, donec id effecerit

(63) Ita recte *Cod. W.* pro كان in *Ed. Gol.* quod in manifeſto mendo cubat.

نفسها واسكنها (64) رمسها، ثم لم يسعه الا الخروج
والعصيان والتمرد والطغيان الي ان كان من امره ما
كان، وكان السلطان اسمه حسين وهو من بيت
الملك ونادن الكلتين وتخت ملكه مدينة بلخ وهي
من اقصي بلاد خراسان ولكن كانت بحار اوامره
جاريه في الممالك ما وراء النهر الي اطراف
تركستان. وقبل كان ابوه امير ماية عند السلطان
المذكور وهو بالجلادة والشهامة بين احزابه مشهور ويمكن
الجمع بين هذه الاقاويل (67) باعتبار اختلاف الزمان
وتنقل الاحوال والحدثان، والاصح ان اباه
ترغاي المذكور كان احد اركان دولة السلطان
ورايت في ذيل تاريخ فارسي يدعي المنتخب وهو
من بدو الدنيا الي زمان تيمور وهو شي عجيب نسبا
يتصل منه تيمور الي جنكيز خان من جهة النساء
حبايل الشيطان. ولما استولي تيمور علي ما وراء
النهر

(64) Præferendam omnino cenſui rad. سكن , quam hic legit MS. W. & de *habitatione ſepulcri*, æque ac Hebr. שכן adhiberi conſtat, id quod ſatis, etiam ex noſtro, adductis locis, probatum dedit *Cl. Scb. Anim. p.* 339. ſq.

cerit quod, factum eſt. Sultanus autem ille appellabatur *Huſſein* ex *ſtirpe Regia*, *jus* (65) *habens vitæ & necis;* ſedemque Regni habens urbem *Balchum* (66) in finibus quidem *Choroſanæ*, verum tamen maria imperiorum ejus fluebant per ditiones Tranſoxianæ usque ad oras Turkeſtanæ. Alii contra dicunt Patrem ejus fuiſſe Centurionem apud Sultanum laudatum, robore atque audacia inter commilitones celebratum. Sed poſſunt diverſæ hæ traditiones conciliari, habita diverſi temporis ratione & mutationis, quam inferunt viciſſitudines & fortunæ caſus. Sanior vero ſententia eſt, patrem ejus Taragæum ſupra memoratum fuiſſe inter Magnates Aulæ Sultani. Vidique in appendice Chronici Perſici, quod vocatur *Montachebon* a mundo condito usque ad tempora Timuri deductum opera equidem admirabili, Genealogiam Timuri continua ſerie relatam ad Gienghiz Chanum per mulieres, *laqueos Satanæ*. Poſtquam vero Tranſoxianæ imperium ſibi

(65) Ad verbum, *penetrans geminæ orationis*, ſive, qui duas voces proferre poteſt aut *vitæ*, aut *necis;* diciturque e *ſtirpe Regia*, quippe e poſteris Magni Imperatoris Gjenchiz-Chani oriundus.

(66) Metropolis eſt *Choraſanæ*, Veterum *Bactra*, ex ſententia *Golii* ad *Alferg.* p. 175.

(67) Vocem hanc vulgo neglectam reſtituit *Cod. W.* contra delet ſuperfluum تعبير quod gloſſam ſapit & in *Ed. Gol.* poſt وتبغل legitur.

النهر وفاق الاقران تزوج بنات الملوك فزادوه في
الغابه كوركان وهو بلغة المغول الختن لكونه
صاهر الملوك وصار له في بيتهم (68) حركة وسكن،
وكان للسلطان المذكور من الوزراء اربعة عليهم
مدار المضرة والمنفعة هم اعيان الممالك وبرايهم يقتدي
الممالك، والترك لهم قبايل وشعب تكاد توازي
قبايل العرب وكل واحد من هولاء الوزراء كان
(69) من قبيلته لسراج ارايه في بيوت تعمبرها قبيلة طويلة،
قبيلة احدهم تسمي ارلات وقبيلة الثاني تدعي جلاير
وقبيلة الثالث يقال لها قاوجين وقبيلة الرابع اسمها
برلاس، وكان تيمور ابن رابعهم في الناس ونشا
شابا لبيبا (70) همامًا جازمًا جلدًا اديبا
وكان يصاحب نظراءه من اولاد الوزراء ويعاشر
اضرابه (71) من فتيان الامراء الي ان قال لهم في بعض
الليالي

(68) Ad literam ſonat phraſis *penes eum erat motio & quies*, cujus vim omnium optime declarat Belgiciſmus ille: *by is doen, en laten.*

(69) Conf. *Cl. Schult. ad Job.* p. 440.

(70) Vulgo inſertum hic legitur مصراعا, vel ut in *Cod. Warn.* مصراع *pars januæ biforis*, & hinc per *Metaph. hemiſtichium*;

Digitized by Google

ſibi vindicaſſet, æqualibus ſuis ſuperior in matrimonium accepit Regum Filias, ideoque addiderunt ei cognomen *Kurkan*, quod in idiomate Mogulenſi valet *gener*, quoniam cum Regibus adfinitatem contraxerat, atque *ſumma* in eorum aula *pollebat auctoritate*. Fuitque inter quatuor Vezirios Sultani laudati, penes quos cardo mali & boni, oculos quippe Provinciarum, quorum conſilio diriguntur negotia. Habent nempe *Turcæ* ſuas Tribus, & gentem, æque uti tribus Arabum, & quilibet horum Veziriorum ſuæ tribui ad lampadem conſiliorum ſuorum in domibus habitationum ipſius præſtabat ellychnium prominens. Una earum tribuum dicitur *Arlat*; altera *Gjelabar*; tertia *Kavgbin*; quarta denique *Barlas*. Timur vero ex quarta oriundus, crevit adoleſcens cordatus, magnanimus, ſtrenuus, robuſtus, urbanus, ſibique conciliavit amicitiam coætaneorum filiorum Veziriorum, & ſocietatem

ſtichium; id vero ad textum non pertinet, ſed adſcriptum duntaxat ad indicandum hemiſtichium Poëtæ, in quo لبيبا reſpondet τῶ اديبا ſive اريبا quod præfert *Cod. W.* & *prudentem* notat, unde cum لبيب conjungitur p. 155. *Ed. Gol.* Quam poteſtatem habet ab أرب Hebr. ארב *nectere*, *firmiter compingere*, unde ad *conſilia*, & ſæpius apud Hebræos in malam partem ad *dolos* & *inſidias* transfertur.

(71) Ita *Cod. W.* pro vulgato اجرانه.

لليالي وقد اجتمعوا في مكان خال واخذت منهم
العشرة والنشاط وارتفعت استار الاسرار وامتد
للبسط بساط ان جدتي فلانة وكانت من ذوي العبادة
والكهانة رات مناما ما ذاقت (72) منه احلاما
وعبرته بانه يظهر لها من الاولاد والاحفاد من يدوخ البلاد
ويملك العباد ويكون (73) صاحب القران (74) وتذل
له ملوك الزمان، وذلك هو انا وقد قرب الوقت
ودنا، فعاهدوني ان تكونوا لي ظهرا وعضدا
وجناحا ويدا وان لا تستحيلوا عني ابدا فاجابوه
وعضدوه الي ما دعاهم اليه وتقاسموا ان يكونوا في
السراء

(72) MS. ſuo adſcripſit *Golius* præſtat احلاما ما ذاقت منه مناما; abeſt autem ما a *Cod. Warn.*

(73) Titulus hicce *Saheb-Keran*, qui tranſiit ad Timuri poſteros, proprie notat *Dominum conjunctionum Planetarum*, quibus grandiores revolutiones rerum mundanarum tribuunt. v. *Herb. Bibl. Or.* p. 878.

tatem inivit cum æqualibus Juvenibus Magnatum, adeo ut, quum nocte quadam in loco ſolitario conveniſſent, & familiaritati atque hilaritati inter ſe indulgerent, *remotis aulæis arcanorum*, *expanſoque conſuetudini bilariori ſtragulo*, dixerit iis „ *avia mea* ἡ δᾶνα „ *augurii & ariolationis perita vidit per quietem ſomnium, quod expoſuit ſibi portendere aliquem ex filiis & nepotibus, qui expugnaret regiones, & in ſervitutem redigeret homines, potentiſſimus futurus Dominus, cui ſe ſubmitterent Reges mundi. Atque idem ille ego ſum, jamque præſto eſt & appropinquavit tempus opportunum. Fidem ergo date vos mihi futuros dorſum, bracchium, latus, & manum, neque me derelicturos unquam*". Cui annuentes promiſerunt ſe ei opem præſtituros, quotiescumque ad ſe vocaret, & juraverunt, fore ſe cum eo in ſecundis æque ac adverſis; nunquam contra eum. Neque deſierunt *hos ſermones* (75) *ubique ſecum trahere*, & ultro citroque agitare exundationem *ſtagni* (76) *hujus perfidiæ* poſthabita verecundia

(74) *Cod. W.* يذل.

(75) Geminam locutionem vide in *vita Salad.* p. 109. infr. & *Har. Conſ.* III. p. 124.

(76) Ludit in غدر & غدير *ſtagnum*, quippe quod a *perfidia* nomen habet, quum æſtate ſiccum ſitientibus fraudem faciat; quæ figuratio nec in S. S. eſt infrequens; v. *Job.* VI: 15. & *Jer.* XV: 18.

Digitized by Google

السمراء الضمراء معه لا عليه، ولم يزالوا يتجاذبون
اطراف هذا الكلام في كل مقام ويتفاوضون فيض
غصير هذا الغدر من غير احتشام (77) واكتتام حتي
انس برقه قاطن كل مصر وشام وخاض في حديثه
كل (78) قديم هجرة من خاص وعام، وشعر به السلطان
وعلم ان خلافه في دوخ المملكة بان، فاراد لن
يرد كيده في نحره ويريح الدنيا من شره والعباد
والبلاد من عابره وعبره ويعمل بموجب ما قيل

لا يسلم الشرف الرفيع من الاذي حتي يراق علي
جوانبه الدم.

فاخبره بذلك بعض الناصحين فخرج (79) وهوي
الي حضيض العصيان هو سالم فعرج. ويمكن انه
في بعض هذه الاوقات واثناء هذه الحالات توجه الي
الشيخ شمس الدين المشار اليه واستمده كما ذكر فيما
عول عليه فانه كان يقول جميع ما نلته من السلطنة
ونتيجته من مستغلقات الامكنة انما كان بدعوة
الشيخ

(77) Sic jam ante correxeram ex conjectura mendoſum اكتنام in *Ed. Gol.* quam nunc firmatam vidi ſuffragio optimi *Cod. Warn.*

(78) Obſcurior hæc formula, in qua noſter pro more ſuo acumen aliquod captat ex oppoſitione inter حديث *novum quid* & قديم *antiquus*, verti quidem videtur poſſe, *antiqui peregrinationis*, id eſt, qui *jam longum tempus a laribus aberant*, nec tamen id ſatis apparet rotundum, adeo ut mendum

cundia & occultatione, donec ejus fulgur percepit incola omnis Aegypti & Syriæ & novum ejus ſermonibus proſecuti fuerunt omnes, *qui jam diu a patria aberant*, a minimo ad maximum. Quod probe cognitum habens Sultanus, namque manifeſta erat ejus rebellio, voluit ejus inſidias in initio ſuo prævertere, & quietum præſtare mundum ab ejus nequitia, hominesque & regiones ab ejus improbitate, & noxa, egitque juxta illud Poëtæ: (80)

Non tutum erit celſitudinis faſtigium a læſione, niſi ſanguine perfundantur ejus latera.

Hujus autem conſilii certior factus a ſincero quodam monitore, defecit, atque delapſus eſt ad imum rebellionis ſalvus, imo vero ita adſcendit altius. Fieri autem potuit, ut quodam hoc tempore atque iſtoc rerum ſtatu adierit Senem Schemſoddinum ſupra indicatum, ejusque opem imploraverit (quemadmodum modo dictum eſt) ad id, quod ipſi crediderat, exſequendum, namque dicere ſolebat „ *quicquid obtinuerim imperii, & quæcumque* (81) „ *expugnaverim munimenta, debetur interceſſioni Senis* „ *Schemſoddini Facburenſis & ſollicito ſtudio Venerabi-* „ *lis Zeinoddini Chovafenſis, neque obviam babui proſperi-* „ *tatem*

mendum ſubeſſe dixeris; alia vero, quæ ſubſtitui poſſet, lectio in Variantibus non proſtat.

(79) Ita recte *Cod. W.* pro corrupto هو in *Ed. Gol.* quod ibidem mox ante سالم neglectum ex eodem repoſui.

(80) Verſus eſt *Muttenabbii* Poëtæ celeberrimi, de quo v. *Pocock. ad ſpec. H. A.* p. 365.

(81) Tritum nempe eſt in victoriis, & urbium *expugnationibus* verbum فتح *aperuit*, unde in x. ſpecie notat *auxilium ad conſequendam victoriam rogavit* e. g. *Cor. Sur.* II. 89. cujusmodi uſus verbi פתח in S. Cod. ſe plus ſemel offert; maximam certe eamque feliciſſimam potentiam *aperiendi* notio exprimit *Jeſ.* XXII: 22.

Digitized by Google

الشيخ شمس الدين الفاخوري وهو الشيخ زين الدين
الخوافي وما لقيت بركة الا بالسيد بركة وسياتي
ذكر زين الدين وبركة، ثم قال تيمور ما تفتحت
لبواب السعادة والدولة علي ولا (82) ضحكت عروس
فتوحات الدنيا الي الا من سهام سجستان ومن حين
اصابني ذلك النقصان انا في ازدياد الي هذا الاوان
والظاهران بدو امره وخروجه في تلك الغيبة كان
فيما بين الستين والسبعين والسبع مائة، وقال شيخي
الامام العالم (83) الكامل المكمل الفاضل فريد الدهر وحيد
العصر علامة الوري استاذ الدنيا علا الدين شيخ
المحققين والمدققين قطب الزمان مرشد الدوران ابو
عبد الله محمد ابن محمد بن محمد البخاري نزيل
دمشق ادام الله تعالي ايام حياته وامد الاسلام
والمسلمين بيامن بركاته في شهور سنة ست وثلاثين
وثمانماية ان تيمور قتل السلطان حسين المذكور في
شعبان سنة (84) احد وسبعين وسبع ماية ومن ذالك
الوقت

(82) Quorſum respiciat, disci poteſt ex iis, quæ ſub finem hujus

„ *tatem, niſi ope Seid Barkæ.* Deinceps autem dicetur „ de Zeinoddino & Barka. Porro dixit Timur: *non* „ *apertæ mihi fuerunt portæ felicitatis & fortunæ, ne-* „ *que arriſit mihi ſponſa victoriarum mundi niſi poſt* „ *ſagittas Segiſtaniæ, & ab eo usque tempore, quo* „ *in me incidit iſtud decrementum, in hunc usque* „ *diem continua cepi incrementa*". Conſtat enim, initium rerum ejus geſtarum & rebellionis incidiſſe in iſtud tempus, quod eſt inter A°. 760. & 770. Tradiditque Doctor meus Antiſtes eruditus, perfectus, conſummatiſſimus, præſtantiſſimus, Unio ſæculi, temporis ſui Phœnix, mortalium ſapientiſſimus, Magiſter mundi. Gloria Religionis, Doctor dextre & ſubtiliter Philoſophantium, Cynoſura temporis, Director ſeculi, *Abu Abdalla* ([85]) *Muhammed. Fil. Muham. Fil. Muham. Fil. Muhammed Bocharius*, Civis Damascenus (perennes faciat Deus O. M. dies vitæ ejus, augeatque Islamismum, quique eum profitentur, per felices ejus benedictiones!) currente anno 836, Timurum interfeciſſe Sultanum Huſſeinum laudatum menſe Sjaban A°. 771. atque ab eo temporis articulo ad Regiam dignitatem

hujus Cap. habentur, ubi vulnus a paſtore Segiſtano illatum, ſed quod opportunitatem dedit melioris fortunæ aucupandæ, enarratur. Ex *Cod.* autem *W.* dedi ضحكت pro vulgato ضحكي. ([83]) *Cod. W.* addit العامل.

([84]) Ita *Cod. W.* pro احدى in *Ed. Gol.*

([85]) Idem ille eſt, qui *Sunnam* ſcripto tradidit.

الوقت استقل بالملك وكانت وفاته في شعبان
سنة سبع وثمان ماية علي ما سياتي ، فمدة استيلايه
(86) مستقلا ستة وثلاثون سنة وذلك خارج عن مدة خروجه
وتحرمه الي حين استيلايه. ولما خرج صار هو
ورفقاوه يتحرمون في بلاد ما وراء النهر ويعاملون
الناس بالعدوان والقهر ، فتحرك لدفعهم كل (87) ظاعن
وساكن وضيقوا عليهم تلك المغاني والاماكن ،
فقطعوا جيحون وصغر منهم ذلك المكان فاشتغلوا
بالتحرم في بلاد خراسان خصوصا في ضواحي (88) سجستان ،
ولا تسال عما افسد في مغاوز باوارد وماخان.
فذهب بعض الليالي وقد اضر بهم السغب واشتعل
فيهم من الجوع اللهب فدخل حايطا من حوايط
سجستان قد اوي اليه بعض رعاء الضان فاحتمل
منها راسا وادبر فشعر به الراعي وابصر فاتبعه
للحين

(86) Ex *Cod. W.* ſic leg. pro vulgato متغلك.

(87) Similem formulam v. infra p. 351. *Ed. Gol.*

(88) V. ad *Alferg.* p. 166. appellata autem hoc nomine
eſt,

tatem fuiſſe evectum, obitumque ejus incidiſſe in menſem Sjaban A°. 807^{ti} quemadmodum infra dicetur. Fuit ergo intervallum dominationis ejus abſolutæ annorum triginta ſex, & quidem, non computato illo temporis ſpatio, quod fluxit ab ejus defectione & latrocinio usque ad vindicatum ſibi imperium. Poſtquam enim defeciſſet, ipſe & ſocii ejus latrocinabantur per Regiones Tranſoxianæ, vexantes ibi homines hoſtiliter & violenter. Ad eos ergo pellendos moti ſunt omnes, qui iis manſiones iſtas ac ſedes præcluſerunt. Trajecerunt itaque Oxum, qua regione exhauſta latrociniis operam dederunt per tractus *Choraſanæ* (88) & ſpeciatim in oris (90) *Segiſtanæ*. Neque enim facile inquiri poterat in promiſcuas rapinas in vaſtis Deſertis *Baverdæ* (91) & *Makhani*. Nocte vero quadam exiens, cum ſuos premeret penuria, inediæque flamma adureret, aliquod ex ſeptis Segiſtanæ intravit, in quod paſtor aliquis oves ſuas receperat, unde quum *unam* abſtuliſſet, abeuntem animadvertit paſtor viditque, & eum ex templo inſecutus duabus ſagittis transfixit, quarum una in femur ejus, altera in humerum penetravit

eſt, q. d. *Solis Regionem;* quod *ſolis cultus* ibi olim viguerit, priſcis enim Perſis ſive Parthis خر ignem ſive *ſolem* استان vero *locum* denotat.

(89) Ita *Cod. W.* pro نواحي.

(90) V. ad *Alferg* p. 110. *ſq*..

(91) Urbes *Choraſanæ* conf. *Herbel.* p. 195, & 524.

للعينين وضربه بسهمين اصاب باحدهما فخذه وبالاخر
كتفه فلله (92) دره ساعدا ان ابطل بهذا الضرب الموزون
نصفه، ثم ادركه ولحتمله والي سلطان هراة المسمي بملك
حسين اوصله فبعد ضربه امر بصلبه، وكان للسلطان
ابن رايه غير متين يدعي (93) بالملك غياث الدين فشفع فيه
واستوهبه من ابيه، فقال له ابوه انه لم يصدر عنك مما
يدل علي صلاحك ويسفر عن نجابتك وفلاحك
وهذا جغتاي حرامي مادة الفساد لئن ابقي
ليهلكن العباد والبلاد، فقال ابنه ومما عسي ان
يصدر من (94) نصف آدمي وقد اصيب بالدواهي ورمي
ولاشك ان اجله قد اقترب فلا تكونن في موته
السبب، فوهبه اياه فوكل به من داواه الي ان اندمل
جرحه وبري قرحه، فكان في خدمة ابن السلطان
هراة من اعقل الخدم واضبط الكفاة، فتوفرت (95) عنده
حرمته وارتفعت درجته وسمعت كلمته
فعصي

(92) Locutio, quæ proprie notat *Per Deum quantus illi*
lactis

netravit, adeo ut *non ſine numine* per ictum iſtum juſte ponderatum dimidia corporis parte mutilatus fuerit. Tum eum comprehenſum apportavit, detulitque ad Sultanum Heratenſem nomine *Malichum Husſeinum*, qui eum poſt plagas inflictas cruci adfigi juſſit. Erat autem Sultano Filius paulo imprudentior nomine *Malich Gajatteddinus*, qui pro eo interceſſit, petiitque, ut ſibi a Patre concederetur. Cui reſpondit Pater: "*Nihil proficiſcitur a Te, quod*
„ *monſtret Te recte agere, atque relucere faciat indo-*
„ *lem & fortunam feliciorem; hic enim latro Sjaga-*
„ *tæus, vomica mali, ſi ſuperſtes relinquatur, pernicies*
„ *evadet hominum & regionum.* Repoſuit vero filius:
„ *Nihil utique efficere poterit iſte ſemi-homo ſumma cala-*
„ *mitate jam obrutus, cujus vivendi terminus absque*
„ *dubio jam prope adeſt, adeoque mortis ejus cauſa eſſe*
„ *noli*". Eum ergo Filio conceſſit, qui eum Medico commiſit, ut vulnera ejus coaleſcerent, plagæque ejus ſanarentur. Fuitque dein inter famulos Filii Sultani Heratenſis, miniſter prudentiſſimus, & utiliſſimus. Graviorque evaſit apud illum ejus dignitas, ſublimiorque

lactis fluxus! inde orta eſt لان اللبن عند العرب اشرف مشروبات. *Quoniam lac inter potulenta apud Arabes principatum tenet*, eſtque hinc frequentiſſima *in laudationibus & admirationibus* formula; conf. *Cl. Schult. Orig.* l. 1. p. 236.

(93) Ita rectius *Cod. W.* pro ſimplici ملك in *Ed. Gol.*

(94) Sic ipſe *Timur* ſeſe appellat infra p. 177. *Ed. Gol.*

(95) *Cod. W.* legit وتوفرت a وفر *copioſus fuit.*

فعصي من نواب السلطان نايبه المتولي علي
سجستان فاستدعي تيمور ان يتوجه اليه،
فاجابه الي ذلك وعول عليه واضاف اليه طايفة
من الاعوان، فوصل الي سجستان وقبض علي
نايبها المتمادي في العصيان، واستخلص
اموال تلك البلاد واخذ من اطاعه من الاجناد
وتلا اية (96) العصيان بالجهر وارتحل بمن معه الي
ما وراء النهر، وقيل بل كان في خدمة ابن
السلطان الي ان (97) فرغ ابوه الحياة وانتقل واستقر
ولده واستقل فعند ذلك هرب تيمور الي ما
وراء النهر وقد قوي منه الراس والظهر،
وكان اذ ذلك قد اجتمع عليه رفقاوه وانحاز
اليه اصحابه المتجرمون وعشراوه، فارسل غياث
الدين الطلب وراءه وقصد ان يكفي المسلمين شره
وعناءه (98) وهيهات فقد كان سبق (99) العذل
السيف وضيع اللبن في الصيف.

لك

(96) Ita recte *Cod. W.* pro vulgato العصبان.

(97) *Cod. W.* ودع *depoſuit vitam placide & tranquille.*

(98) Mendoſe هبات in *Ed. Gol.* pro هيهات, uti recte *Cod. Warn.*

que ejus gradus factus, & omnibus ejus dictis obtemperatum fuit. Cumque rebellaret Vicarius aliquis Sultani, Præfectus Segiſtanæ, petiit Timur adverſus eum tendendi facultatem. Id quod ei conceſſit fiduciam in eo ponens, eique commiſit catervam militum. Quumque in Segiſtanam venit, manum injecit in Præfectum ejus in rebellione perſeverantem, exhauſtisque opibus iſtius regionis & adſumtis militibus morem ſibi gerentibus, apertam rebellionem inchoavit, inque Tranſoxianam cum ſuis tranſiit. Alii contra tradunt manſiſſe eum in ſervitio *Sultani*, donec Pater ejus vitam abſolviſſet *& ad plures abiiſſet*, Filiusque plenum dominium occupaſſet. Tunc vero aufugiſſe Timurum in *Tranſoxianam*, & vires ejus fuiſſe confirmatas. Jam enim ad eum ſe colligebant ejus conſortes, ſeque ad eum recipiebant ſocii latrones ejusque amici. Tum miſit quidem *Gajatteddinus*, qui eos a tergo inſequerentur, operam navans, ut immunes præſtaret Muslemios ab eorum vexatione & moleſtia; verum eheu! *præverterat jam reprehenſionem enſis, & veniebant poſt feſtum.*

CAPUT

Warn. quod eſt ſignum ἐπανορθώσεως.

(99) Geminum eſt adagium; in priore reponendum fuit عذل pro عدل uti recte monuit *Pocock. ad Togr.* p. 216. cujus dicti occaſionem dabit *Erpen. Adag. Cent.* II. n. 60. Alterum vero, quod proprie dicit *lac per æſtatem corruptum*, inde adhibetur, quum rei agendæ occaſio jam præterlapſa perſtringitur.

ذكر عبور جيحون علي فترة وما (100) جري من عبرات بهذه العبرة.

فوصل تيمور وجماعته الي جيحون وكان انذاك مثلهم طاغيا ولم يمكنهم التواني لان الطلب كان شبيههم باغيا، فقال تيمور لاصحابه النجا النجا ليتعلق كل (1) منكم بعنان فرسه ومعرفته وابلق نفسه في الماء وتواعدوا الي مكان، وقال توجهوا من غير توان فمن لم يات الموعد يعلم انه قد فقد، فتهافتوا هم وخيولهم في ذلك الماء العجاج والتيار الزخار والامواج تهافت الفراش علي السراج، ولم يعلم واحد منهم حال الاخر ولا اطلع من تقدم منهم علي امر من تاخر وكابدوا احوال الموت وشاهدوا اهوال الفوت فنجوا ولم ينقص منهم واحد واجتمعوا الي ذلك الموعد، وذلك (2) بعد ان

(100) *Cod. W.* اجرب.

(1) Hanc lectionem præfero ex *Cod. W.* vulgatæ منهم.

C A P U T II.

Narratur tranſitus ejus per Oxum tumultuarius & mirabilis.

Pervenit autem Timur & ſocii ejus ad Oxum, qui tunc, æque ac illi, elatus exorbitabat, neque licuit ipſis morari, quod, qui perſequebantur, ut & ipſi, præferoces eſſent. Dixit ergo Timur ſociis ſuis (³) *propere, propere, unusquisque adhærens frænis & jubis equi ſui in aquam ſe projiciat;* locumque ſibi invicem deſignarunt. Dixitque *tranſite absque mora, & qui ad locum condictum non venit, ſecum actum eſſe intelliget.* Tum præcipitarunt ſe & equos ſuos in iſtam aquam horriſonam, undasque tumidas, *veluti papiliones volitantes ad lucernam.* Neque curavit unus ſtatum alterius, neque obſervavit antecedens negotium poſterioris, ac tormina mortis ſuſtinuerunt, terroresque exitii coram adſpexerunt. Evaſerunt autem, & ne uno quidem deſiderato, ad locum condictum convenerunt; Simul vero ac ſecuræ de iis

(²) بعض in *Ed. Gol.* omiſſum ex *Cod. IV.* reſtitui.

(³) Formula uſitatisſima in adſectu vehementiori, ſic infra p. 60. *Ed. Gol.* الامان الامان p. 239. الحذر الحذر & 349. الفرار الفرار

ان امنت منهم البلاد واطمان في مسالكها كل (4) رايح وغاد فجعلوا يتجسسون الاخبار ويتتبعون الاثار ويحاربون الله ورسوله ويؤذون عباده ويقطعون سبيله، ولم يزل علي ذلك يجري ويمشي الي ان (5) وصل مدينة قرشي.

ذكر ما جري له من خبطة في دخوله الي قرشي وخلاصه من تلك الورطة.

فقال يوما لاصحابه وقد اضر به الدهر (6) واضري به (7) واخصب منهم ربع الفساد واعشب ان بالقرب منا مدينة نخشب مدينة ابي تراب النخشبي رحمة الله عليه مدينة مصونة مسورة مكنونة لئن ظفرنا بها لتكونن لنا ظهرا وملاذا وملجا

(4) Eſt formula ſolennis غاد وراح *mane exivit, & veſpere rediit*, qua vitæ functiones omnes exprimunt. Ita *Harir. Conſ.* 1. p. 6. ubi v. *Cl. Schult.*

(5) *Cod. W.* قصد. Eſt autem *Karſchi* urbs Tranſoxianæ, quæ alio nomine *Nachſjeb* dicitur, teſte *Abulf.* Clim. 26. p. 44. *edit. Grav. Alfergano* p. 38. recenſetur ſub Climate quinto, conf. *Herbel.* p. 668. & mox noſtrum. *Karſchi* autem lingua

iis eſſent regiones, & unusquisque omnibus ſuis negotiis quiete operam daret, cœperunt omnia explorare, & bellum inferre Deo ejusque Apoſtolo, & vexare cultores ejus, & violare ejus inſtituta. Neque deſiit iſta ratione huc illuc graſſari, donec pervenit ad urbem *Karſchi.*

C A P U T III.

Exponitur diſcrimen, quod ſubiit in invaſione urbis Karſchi, ejusque ex iſta difficultate evaſio.

Die quadam dixit ſociis ſuis, in noxam eum jam impellente fortuna & inſtigante, ac *ſede latrocinii eorum copioſiſſimum pabulum ferente, & pulcre florente:* „ *ecce in vicinia nobis eſt urbs Nachsjeb, urbs Abi Tarabi* „ *Nachsjebenſis, (cujus miſereatur Deus!) probe munita:* „ *& firmata, quam ſi expugnemus, erit nobis præſidium, pro-* „ *pugnaculum, aſylum & perfugium, eſtque Dynaſta ejus* „ *Moſes, cui ſi ſuperveniamus, ejus opes capiamus, ipſum-* „ *que*

gua Mogulenſi *Palatium* notat, quod nomen urbi datum eſt, a *Palatio*, quod ibi *Kepek* extrui curavit. V. *Hiſt. de Tim-Bec.* t. 1. p. 3. & 113 ſqq. ubi eadem hæc expeditio narratur.

(6) Ita *Cod. W.* pro واضرا in *Ed. Gol.*

(7) Longius aberrat *Vatt.* vertens *quoy qu'ils euſſent abondance de toute choſes ſélon la ſaiſon, & ne manquaſſent point de fourages verts*, & mox, ubi pro nomine proprio Urbis *Nasjeb* dat *une ville fournie de fourage ſec.*

وملجا ومعاذا وان حاكمها موسي لي
حصلناه واخذنا ماله وقتلناه لتاوينا بما له من
خيول وعدة وانحصل لنا (8) فرج بعد شدة، وانا
اعلم لها من ممر الماء دربا هين الدخول
واسعا رحبا، فشمروا ذيلهم وتركوا في
مكان خيلهم واستعملوا في نيل مرادهم ليلهم
ودخلوا حبس المدينة وقصدوا بيت الامير
(9) ورعوا يدهم فصادفوا يدهم والعصير، وكان
الامير في البستان خارج البلد فاخذوا ما
وجدوا له من اسلحة وعدد وركبوا خيله
وقتلوا من وجدوا من الاكابر غيله،
فاجتمع عليهم اهل البلد وارسلوا
الي الامير فادركهم بالمدد فتراكم عليهم البلاء
باطنا وظاهرا فلم يجدوا لهم سوي (10) الاستسلام ناصرا،
وقال له اصحابه لقد القينا بانفسنا الي حقيقة
الهلاك

(8) *Cod. W.* الشدة. Eandem autem vim hic exſerit فرج quod alias وسعة thema nempe فرج ejusdem originis cum فرج & فرخ Hebr. פרח in *fiſſione*, *effiſione* poſitum aptiſſimum natum eſt, *ad emicationem in amplam libertatem* ob oculos

„ *que interſiciamus*, *robori nobis erunt ejus equi*, *& facultates*, *præſtoque nobis erit evaſio poſt anguſtiam. Novi autem ego angiportum*, *in quem ope perſluentis aquæ commode poſſit exſcendi*". *Subſtrinxerunt* (10) *ergo laciniam* ſuam, relictisque certo in loco equis, adhibuerunt ad exequenda deſtinata noctem ſuam, ingreſſique canalem urbis, ſtrenue petierunt domum præfecti. Ille vero erat in horto ſuburbano, tum diripuerunt, quidquid invenirent armorum ejus & facultatum, conſceuſisque ejus equis trucidarunt præcipuos ex improviſo, in quos incidebant. Collegerunt ſe vero adverſus eos oppidani & arceſſerunt præfectum, qui eos numeroſis cum copiis inſecutus ea undiquaque ſuper eos cumulavit mala, ut nihil reliquum invenirent, niſi Deo adjutori ſe tradere. Eique dicentibus ſociis, „ *jam utique nosmet* „ *ipſi temere projecimus in certiſſimam perniciem* „ reſpondit:

los ſiſtendam. Redit vero hæc formula, qua adludit noſter ad librum iſtius nominis, p. 34. *Ed. Gol.*

(9) Proverbialis videtur eſſe locutio *elevarunt manum*, *& invenerunt manum ſuam &* العصبر quam non ſatis extrico. *Vatt.* dedit *& l'attaquent*, *rencontrant peu de reſiſtance.*

(10) Crebberrima phraſis, pro *accinxerunt ſe ad expeditionem ſuscipiendam* conf. *ad Har.* III. p. 161.

(11) Ita rectius *Cod. W.* pro vulgato الاسلم.

الهلاك من هذا المجان فقال لا عليكم ففي مثل
هذه المواطن يمتحن الرجل ويزان فاجمعوا
كبدكم ثم (12) اثبتوا صفا واندفعوا نحو
باب المدينة يدا واحدة زحفا حاطمين علي
العدو من غير توان ولا هدو فاني اظن انه لا
يثبت لكم شي ولا يقف امامكم حي، فامتثلوا
امره ورفعوا الصوت وقصدوا الباب خايضين
غمار (13) الموت وهجموا الي العساكر هجوم
الليث واندفعوا (14) ولا اندفاق الغيث، ففتح لهم
عند فتح الباب لامر يريده مسبب الاسباب، فا
يلو امامهم احد علي احد ولا نفعه ما هو فيه من
العدد والعدد، ثم انثنوا الي مكانهم سالمين
ولم يزالوا علي ذلك عايثين عابثين، واجتمع
عليهم اصحابهم وانحاز اليهم في الفسان
اضرابهم فصاروا نحوا من ثلاث ماية ولمن
يتحيز اليهم من اهل الشر فية، فارسل السلطان
اليهم عسكرا غير مكترث بهم فكسروه
واستولوا علي حصن من الحصون فجعلوه معقلا لكل ما
ادخروه، قلت

لا تحتقرن

(12) Sic *Cod. W.* recte pro اثبتوا atque ita etiam

„ ſpondit: *Non decet vos: nam in hujusmodi campis Vir „ probatur & ornatur. Colligite ergo veſtras artes, tum „ venite agmine facto, & irruite verſus portam urbis unita „ manu irrumpentes, & perfringentes hoſtem absque torpore „ & ceſſatione; ego vero arbitror, nihil vobis reſtiturum ne-„ que coram vobis conſtiturum.*" Dictoque ejus audientes, ſublato clamore portam petierunt ſubeuntes gurgites mortis, & in hoſtes irruerunt impetu leonis, ſeque effuderunt longe vehementius, quam imber, qui effunditur. Apertamque habuerunt portam volente ita ſummo rerum arbitro. Nec unus alteri ſuccurrit adverſus eos, neque hoſti quicquam profuerunt numeroſæ ſuæ copiæ. Dein redierunt incolumes ad locum ſuum, neque minus deſierunt in iſto ſtatu damna inferendo graſſari. Et collectis ad eos ſociis ſuis, ſeque ad eos adplicantibus, qui æque graſſationi e-rant dediti, facti ſunt fere trecenti, caterva ex hominibus ſceleratis ad eos congeſta. Miſitque Sultanus contra eos exercitum, quem, dum parum eos curaret, profligarunt, & arcium quandam occuparunt, quam conſtituerunt aſylum pro omnibus ſuis theſauris. Dixi:

Ne inimici

etiam legitur, unde formula hæc depromtates, *Cor. Sur.* xx: 67. ex *Edit. Hinckelm; Maracciana* etenim, in qua verſus hic eſt 60 minus caſtigate اتوا exhibet.

(13) Alias eſt غمرات, uti p. 57. l. 8. *ima.* & 61. lin. 7. *Ed. Gol.*

(14) Notari omnino meretur hicce uſus particulæ negativæ لا quæ adeo non minuit, ut intendat, gradumque inferat longe majorem. Confer *Cl. Schult. ad Job.* p. 853.

Digitized by Google

لا تحقرن شان العدن وكبره
(١٥) ولربما صرع الأسود العلب

وقيل ان (١٦) البعوضة تدمي مقلة الأسد وقيل فربما
قمرت بالبيدق الشاه.

ذكر من اسر في فتنة ذلك (١٧) الجاف واستعبده من احرار ملوك الأطراف.

وارسل تيمور (١٨) الي ولاة (١٩) بلخشان وكانت الولاية بها لاخوين وهما بها مستقلان تلقيا ذلك عن ابيهما، وكان السلطان نزعها من ايديهما ثم اقرها فيها علي ان يكونا من تحت امره واسترهن اولادها عنوده فصارا اسيري قهره، فلما راسلهما تيمور علي طاعته اجاباه

(15) *Cod. W.* فلربما.

(16) Κωνωψ Græcis audit hoc animaculum, leonibus moleſtum, conf. *Boch. Hieroz. tom.* II. p. 792.

(17) Uſus linguæ poſtularet الجافي uti eſt in inſcriptione Cap. XVI.

Digitized by Google

Ne inimici actionem ullam, & fraudem parvi æſtimes;
Nam aliquando & vulpes proſtravit leones.

Dicitur quoque *culex vulnerat oculum leonis;* vel alias, *Vincitur nonnunquam a vili* (19) *pedite Rex.*

CAPUT IV.

Narratur, quosnam conſtrictos tenuerit tentatio iſtius Tyranni, & quosnam Principes ingenuos ſibi mancipari voluerit.

Miſit Timur ad Præfecturam *Balachsjanæ*, cui duo præërant Fratres *abſolutum tenentes imperium* acceptum a patre ſuo. Id vero ex eorum manibus cum evulſerat Sultanus, mox illos in eo ſtabilivit ea lege, ut ſuo eſſent ſub imperio, penes ſe obſides eſſe volens eorum filios, qua ratione dominii ejus mancipia evaſerunt. Timuro autem obedientiam ſibi præſtari poſtulanti annuerunt, ejusque imperio ſe ſubjecerunt.

CAPUT

Cap. XVI. ſed neglectum nunc videtur ب ex licentia Poëtica, ut ſimiliter caderet الجاف cum الأطراف quæ eadem fuerit ratio, ob quam mox ſub initium Cap. ſq. الجبان ponatur pro الجباني niſi quis ex alio *Cod. Leid.* ibi legere malit الشيطان.

(18) *Cod. W.* delet الى.

(19) Ex *ludo Shachico*, in quo *Pedes* voce Perſica, ſed ab Arabibus adſumta, vocatur بيدق ſeu بيذق vid. *Hyd. hiſt. Shahil.* p. 125.

(20) Alias ſcribitur quoque بذخشان qua de Provincia, cui oppidum eſt ejusdem nominis, V. ad *Alferg.* p. 176.

Digitized by Google

ذكر نهوض (٢١) الموغول علي السلطان وكيف
تضعضعت منه الاركان

ثم ان المغل نهضت مي جهة الشرق علي السلطان
حسين فاستعد لهم وقطع جيحون ووقع الحرب
(٢٢) بين الجهتين، فانكسر السلطان فراسلهم ايضا
ذلك الجان واسم حاكمهم قمر الدين خان،
فاجابوا مراده واقتفوا ما اراده، وسلطوه علي
السلطان ليستخلص من يده بلاده وواعدوه
بمصاهرتهم وامدوه بمظاهرتهم ورجعوا الي بلادهم
وقد (٢٣) سلوه زمام قيادهم، فقويت بذلك شوكته
وسكنت الغلوب هيبته، فلم يسع السلطان
الا بذل الجهد والامكان في اطفاء نايرته وقطع
(٢٤) دايرته، فجعله نصب عينيه وتوجه بنفسه اليه
بعسكر جرار كالبحر الزخار حتي انتهي
الي

(٢١) Ita plenius *Cod. W.* exhibet vulgatum المغل.

Digitized by Google

CAPUT V.

Quomodo inſurgentibus contra Sultanum Mogulenſibus robur ejus ſit infractum.

Tum Mogulenſes inſurrexerunt ab Oriente contra Sultanum Huſſeinum, qui exercitum contra eos inſtruxit, Oxumque trajecit, & ab utraque parte conflictum fuit. In fugam autem acto Sultano, miſit adhuc ad eos legatum iſte tyrannus; quorum Dominus appellabatur *Camareddinus Chanus*. Ejusque petitioni annuerunt, & deſideriis ejus obſecuti ſunt. Eumque oppoſuerunt Sultano, ut extraheret ex ejus manu regiones ejus, promittentes ipſi adfinitatem ſuam & auxilio ſuo eum inſtruentes. Reverſique ſunt ad regiones ſuas, permiſſo ipſi rerum ſuarum arbitrio. Invaluit ergo hac ratione potentia ejus, habitavitque corda terror ejus. Non potuit itaque Sultan, niſi impendere ſtudium ſuum & potentiam ad eum cum omnibus ſuis adſeclis penitus exſcinden-

(22) Ex *Cod. W.* pro ممن in *Ed. Gol.*

(23) *Cod. W.* اسلموه, ad verbum autem ſonat *tradiderunt ei capiſtrum funis ſui;* ita *tradere alicui funem ſuum*, eſt *ſe alicujus arbitrio ſubmittere* p. 81. l. 11. & contra; *non permiſit ei capiſtrum ſuum* valet *ſe regi ab eo non paſſus eſt* p. 122. *Ed. Gol.* metaphora a *jumento* deſumta *conf. ad Harir.* III. p. 180.

(24) *Cod. W.* legit دابرتة quando conferri poſſet phraſis

الي مكان يسمي قـــــاغـلـغار، وهو صدفان بينهما
مضيق هـــو الجادة العظمي والطريق يسير المار
في ذاكك مقدار ســـــاعة وفي وسط الدرب باب
اذا اغلق واحمي فلا شي مثله في المنـاعة، وحواليه
جـبـال كل منها (35) عرنينه قد شمخ وقدمه قد
غاص ثبوتا ورسخ فصح ان يقال فيه انـــف
في السمـاء واست في الماء، واخذ العسكر فم
ذلـك الدربند مـــن جهة سمرقند وتيمور علي
الجانب الاخر وهو كالمضايق والمحاصر.

ذكر

Corani *Sur.* vi: 44. قـــطـــع دابـــر de *pleniſſima internecione*, quam infra habemus in loco gemino ſub finem *Capitis* X. Receptum vero دايرة ob præcedens نايرة magis nunc placet & ponitur *circulus*, *familia* item *vicus*, pro *adſeclis*, qui alicujus robur conſtituunt; unde infra habemus *anguſtiam*

Digitized by Google

ſcindendum. In eum ergo intentus ipſe contra eum perrexit cum exercitu ſtrepitum edente inſtar maris æſtuantis donec pervenit ad locum dictum *Kagalgar.* Eſt ibi geminus montium tractus, inter quorum fauces via major, qua tranſiri ſolet, intercedit ad ſpatium horæ, in cujus medio porta eſt anguſta, quæ quum clauditur, & defenditur, nihil æque inacceſſum eſt. Cinguntque eam montes, quorum *quilibet jugo eminet* altiſſimo, peſque in altiſſima profunditate impactus & immerſus conſtat, adeo ut vere de iis dici poſſit (26) *Naſus in cœlo; nates in aqua.* Occupavitque exercitus introitum iſtius *anguſti tranſitus* e regione *Samarcandæ*, *Timur* vero alterum latus, ubi erat veluti in anguſtiis, & obſeſſus.

anguſtiam circuli p. 126. *de viribus debilioribus.*

(25) Ita *Cod. W.* recte pro vulgato عرتبنة, notat autem عرنبن naſum ſive *naſi radicem ad ſupercilium*, unde transfertur ad *jugum montis*; conf. *Ham.* p. 566. uti mox *pes* ad ejus *radicem.* In omnibus quippe linguis membra corporis humani in locorum ſitu deſignando adhiberi videmus. Idem fit in S. Cod. ubi e. g. *femora ſpeluncæ*, 1 *Sam.* XXIV. 4. *femora navis Jon.* I: 5. ejus notant *partes interiores & latentes.*

(26) Conf. *Cl. Schult. Animadv.* p. 137.

ذكر الحيلة التي صنعها والخديعة التي ابتدعها

فقال تيمور لاصحابه اني اعرف هنا جادة خفية مسالكها ابية لا (27) تطوها الخطا ولا يهتدي اليها القطا، (28) فهلم نسري ليلنا ونقود في المسري خيلنا (29) فنصبحهم من ورايهم وهم امنون فان ادركناهم ليلا فنحن الفايزون، فاجابوه الي ذلك وشرعوا في قطع تلك الوعور والمسالك، وساروا ليلهم اجمع وبلغ الفجر المطلع فادركهم الصباح ولم يدركوا الجيش فضاقت عليهم الارض (30) بما رحبت وتنكد لهم العيش، ولم يمكنهم الرجوع وادنت الشمس بالطلوع فوصلوا الي العسكر وقد اخذ في التحميل وعزم علي الرحيل، فقال اصحابه بيس الراي فعلنا في قبضة العدى حصلنا (31) وقد وقعنا في الاشراك والقينا بايدينا انفسنا الي الهلاك، فقال تيمور لا ضير توجهوا نحو العسكر وانزلوا بمراي منهم

(27) Ita *Cod. W.* pro تطاها. Ceterum conf. *Cl. Schult. Anim.* p. 435.

C A P U T VI.

Doloſa ejus machinatio, & ſtratagema ab eo excogitatum.

Dixit Timur ſociis ſuis: *novi hic alicubi viam occultam,* „ *cujus ſemitæ difficillimæ ſunt, quas nunquam greſ-* „ *ſus calcarunt, per quas nec* Kathæ aves *duces ſe præberent;* „ *agite ergo, eamus noctem noſtram, & ducentes equos no-* „ *ſtros iis a tergo ſuperveniamus, nihil mali ſuſpicantibus;* „ *quod ſi eos adſequamur noctu, ſumus ſalvi.* Quod cum probaſſent, operam mox dederunt ſuperandis iſtis clivoſis & difficilibus viis. Totaque nocte iter fecerunt, ſed quum oriente ſole, eosque jam adſequente aurora nondum adſecuti eſſent hoſtes, *anguſtata fuit ſuper eos terra, quamvis eſſet ſpatioſa,* & in ſummam conjecti fuerunt anxietatem. Neque poterant redire, ſole jam exoriri incipiente, cum perveniſſent prope exercitum, qui convaſatis ſarcinis itineri jam erat intentus. Dixerunt ergo ejus commilitones: *calamitoſum inivimus conſi-* „ *lium; in poteſtatem hoſtium venimus, jamque incidimus in* „ *decipulas,*

(28) Vulgo legitur فلهم *ipſis*, ſed præſtat ex *Cod. W.* هلم particula *vocantis* vel *exhortantis*, quam *Arabes Hisjazæi* in omni numero uſurpant. Hinc infra redit formula هلم جرا p. 144. & 281. *Ed. Gol.*

(29) Nihil immutandum duxi etſi *Cod. W.* legat فنضبحهم. Verbum enim صبح *mane viſitavit*, unde ad *invaſiones nec opinatas* transfertur, locum hunc unice implet. Conf. *ad Hamaſ.* p. 437.

(30) Phraſis ex *Cor. S.* IX: 26. uſu veniens in ſumma trepidatione & conſternatione.

(31) *Cod. W.* لقد.

Digitized by Google

منهم عن خيلكم واتركوهما ترعي واقضوا من
ورد النوم والراحة ما فاتكم في ليلكم،
فتراموا عن خيلهم كانهم (32) صرعي وتركوا
خيولهم ترعي

(33) واذا السلامة احرستك عيونها نم
فالمخاوف كلهن امان
واصطد بها العنقاء فهي حبايل
واقتد بها الجوزا فهي عنان

فجعل العسكر يمر بهم ويخال انهم من
حزبهم حتي اذا استراحوا ركبوا خيولهم
وصاحوا ووضعوا السيوف في اعدايهم راكبين
اكتافهم من ورايهم فقتلوا قتلا ذريعا وغادروهم
جريحا

(32) Conf. Sur. LXIX: 7. ubi صرعي de *hominibus proſtratis* adhibetur, qui ita jacent immobiles, ac ſi forent trunci & ſtipites, id quod in hoc quoque ſtratagemate uſu venit.

(33) Hanc lectionem ex *Cod. Warn.* præfero vulgatæ السعادة لاحظتك.

„ *decipulas*, *& nosmet ipſos noſtris manibus projecimus* „ *in perniciem.* Respondit vero Timur: *periculo res caret*, *obvertite vos hoſti*, *inque eorum conſpectu deſcendite ab equis veſtris*, *eosque paſtum dimitte*, *& abſolvite penſum ſomni & quietis*, *quod omiſiſtis in itinere veſtro nocturno.* Mox deſilierunt ab equis ſuis ſe proſternentes, eosque paſtum dimiſerunt.

„ *Quum oculi ſalutis Tibi advigilent*, *dormi*;
„ *& omne genus terriculamentorum ipſiſſima*
„ *erit ſecuritas*;

„ *Itaque venare ea juvante gryphem*, *eritque pro*
„ *retibus*, *& ducito ea favente ovem*, *& erit*
pro capiſtro.

Præteriitque eos exercitus, opinatus eos eſſe de commilitonibus ſuis, donec, capta jam quiete, equos conſcenderent, ſublatoque clamore, gladios ſtringerent in hoſtes ſuos, (34) *quorum humeris inequitantes* a tergo, celerrimam necem iis intulerunt, eosque reliquerunt faucia-

(34) Conf. geminam phraſin *Pſ.* LXVI: 12. *equitare feciſti homines ſuper caput noſtrum;* nec multum hinc abludit Metaphora *Jeſ.* XI: 14. *volabunt in humerum in Philiſtæos*, pro *invadent celerrimo cum impetu;* quemadmodum עוף venit *Hab.* I: 8.

Digitized by Google

جريحا وصريعا، وعم الخطب المدلهم ولم يعلم
احد البلا كيف دهم، (35) واتصل الخبر بالسلطان
وقد خرج التلافي عن حيز الامكان فهرب الي
بلخ وقد كسي الخلعة خلعة (36) سلخ واي
سلخ، وشرع تيمور في النهب والغارات والسلب
ثم ضبط الاثقال وجمع الاموال ولم يراع الناس
(37) والمداره واطاعوه وهم ما بين راض
وكاره، فاستولي علي ممالك ما وراء النهر
وتسلط علي العباد بالغلبة والقهر، واخذ في
ترتيب الجنود والعساكر واستخلاص الحصون
والدساكر، وكان نايب سمرقند واحد
الاركان (38) شخصا يدعي علي شير من جهة السلطان
وكاتبه تيمور علي (39) ان تكون الممالك بينهما
نصفين ويكون معه علي السلطان حسين، فرضي
علي شير بذلك وقاسمه الولايات والممالك
وتوجه اليه وتمثل بين يديه فزاد في اكرامه
وبالغ في احترامه ذكر

(35) Ita *Cod. W.* pro وانصل in *Ed. Gol.*

(36) Syntaxis poſtulat سلخا. *Codex* vero *Warn.* pro وقد كسي &c. ſimpliciter habet وقد سلخ من المساكة. اي سلخ

ſauciatos & proſtratos. Communisque fuit teterrima eorum clades, nec quisquam animadvertit calamitatem, quo pacto de improviſo ſupervenerit. Cujus certior factus Sultanus, nulloque jam relicto remedii loco *Balchum* fugit, atque ita pro veſte Regali ſibi detracta induit pellem, eamque fœdisſimam. Timur vero totus in præda, direptionibus & ſpoliis agendis ſarcinas collegit, opes congeſſit, & ad ſe recepit plebem æque ac Duces, qui ei obſecuti ſunt volentes, nolentes. Atque ita in poteſtatem redegit Provincias *Tranſoxianæ* & in homines imperium ſibi adſeruit per vim & coactionem. Cœpitque inſtruere copias & exercitus, atque expugnare arces & caſtella. Eratque præfectus Samarcandæ unus aliquis ex Magnatibus, dictus Ali Sjir, nomine *Sultani*, ad quem ſcripſit *Timur*, ut dividerent inter ſe imperium, utque a ſuis partibus ſtaret contra *Sultanum Huſſeinum*. Quod ratum habuit *Ali Sjir*, qui partitus cum eo Præfecturas & Provincias, atque ad eum accedens ei adſurrexit, multusque fuit in omni honoris genere ei præſtando, nihilque, quo eum honoraret, prætermiſit.

CAPUT

(37) Ita omnino legendum ex *Cod. Warn.* pro والمدارة quod eſt in *Edit. Gol.* ة nempe eſt radicale, uti in finali وكارة, quod fraudi fuit *Vattierio* reddenti prorſus contra mentem textus, *gens de neant.*

(38) Ita *Cod. W.* pro شخص in *Ed. Gol.*

(39) Mendoſe vulgo legitur عن pro لن quod *Cod. W.* agnoſcit.

****

دكر توجهه الي بلخشان واستنصاره بمن فيها علي السلطان،

ثم انه ترك علي شبر بعد ما ركن اليه وقصد بلخشان فاستقبله ملكاها وتمثلا بين يديه وانتحفاه بالهدايا (40) والخدم وامداه بالجيوش والحشم، (41) فساروا وهما معه من بلخشان قاصدين بلخ لمحاصرة السلطان، فتحصن منهم فاحاطوا به من كل مكان، فاخرج اولادهما الذين كانوا عنده في الرهان فضرب اعناقهم بمراي من ابويهم ولم يرق لهم ولا من عليهم. ثم انه ضعف حاله وفل عنه خيله ورجاله فنزل

(40) Ita الخدم ſæpiſſime a noſtro frequentatur de *muneribus* ſpec. *mancipiis*, quæ *in ſignum ſubjectionis offeruntur*, v. p. 38, 105, 212. *Ed. Gol.* De duobus vero Principibus, quorum hic mentio fit, v. ſupra *Cap.* IV.

(41) Ita *Cod. IV.* recte pro vulgato فساروا.

(42) Frequenter ita tum apud noſtrum, tum apud alios venit

C A P U T VII.

Pergit Balachsjanum, acceptis ſuppetiis adverſus Sultanum ab iis, qui urbem eam tenebant.

Dimiſſo dein *Ali Sjir*, de ejus fidelitate ſecurus perrexit *Balachsjanum*, cujus ambo Principes ei obviam iverunt reverentiam ei deferentes, oblatis ipſi donis manibus, eumque militibus & adſeclis adjuverunt. Ipſique eum comitantes profecti ſunt *Balachsjano*, unde *Balchum* perrexerunt ad obſidendum *Sultanum*. Quem ſe contra eos munientem undiquaque cinxerunt. Produxit itaque amborum illorum filios, quos penes ſe habebat obdes, eorumque colla præcidit in conſpectu Patrum ſuorum nulla erga eos uſus miſericordia, clementia nulla. Dein languido facto ejus ſtatu, infractaque dilabente ab eo acie equitum & peditum ejus *deditionem* ([42]) *fecit* committens ſe ([43]). *Decreto* & *Providentiæ*, acquieſcens in ſententia, de-

venit نزل *deſcendit* nempe ab arce, pro *deditionem fecit* v. e. g. *Elmac. Hiſt. Sarac.* p. 5 & 6.

([43]) Duo hæc tanquam a ſe invicem non divellenda ſolent conjungere, ita ut prius *decretum;* poſterius *Providentiam actualem in tempore* denotet *Cf. Pocock. ad Spec. H. A.* p. 207 ſq.

Digitized by Google

فنزل مـــستسلما للقضاء والقدر راضيا بما ذهب في
قضاء الله مـــا جـــلا ومر، فقبض عليه تيمور
وضـــبط (44) الامور، ثم رد امير بلخشان البهـا
مـــكـــرمين وتوجه الي سمرقند ومعه السلطان
حـــسين وذلك في شعبان سنه احد وسبعين بعد
مـــا خـــلا من الهجرة سبع ماية سنين، ووصل
الي سمرقند واتخذها دار ملكه وشـــرع فـــي
تـــمـــهيد قواعد الملك ونظمها في نظام سياسته
وسلكه، ثـــم انه قتل السلطان واقام من جهته
شخصا يدعي (45) سيور غاتمش من ذرية جـــنـــكيز
خـــان، وقبيلة جنكيز خان هم منفردون باسم
الخان والسلطان لانهم هم (46) قريش الترك لا (47) يقدر
احد ان يتقدم عليهم ولا يمـــكـــن احد مـــن
انتزاع ذلك الشرف مـــن (48) ايديهم ولو قدر احد
عـــلـــي ذلك لكان تيمور الذي استخلص الممالك
وسلك المسالك، فـــرفـــع سيور غاتمش دفعا
(49) للمطاعن وقطعا للسان كـــل سنان طاعن،
وانما

(44) *Ed. Gol.* legit الاموال *opes*, ſed præſtat ex *Cod. W.* الامور. Captat enim noſter nunquam non ſimiliter cadentia; & bene huc quadrat ipſa phraſis, ضبط الامور cujus in *ordinanda republica* frequens eſt uſus.

(45) *Cod. W.* nomen hoc proprium ſemper effert شيور.

decreti Divini, ſive dulci, ſive amara. Tum illo in vincula conjecto, rerum potitus eſt *Timurus*. Dimiſſis dein honorifice Balachsjanum ejus Principibus Samarcandam perrexit, ſecum ducens *Huſſeinum*, quod contigit menſe *Sjaban Anni Hegjræ* 771. Quumque *Samarcandam* perveniſſet, conſtituit eam ſedem Regni ſui, jactisque imperii fundamentis inſeruit eam in funiculum Regiminis, nexumque ejus. Dein occiſo Sultano, Vicarium ſuo nomine conſtituit aliquem dictum *Sabur Gatmesch* ex poſteris *Gingiſchani*. E Tribu autem *Gingiſchan* ſoli titulum *Chan* & *Sultan* ſibi vindicant, quum ſint *Koreiſchitæ* Turcarum, quibus nemo poteſt præcedere, aut illam ex eorum manibus avellere nobilitatem; id enim ſi quis potuiſſet, fuiſſet certe Timur, qui ſibi vindicavit Regna & nihil non fuit auſus. Extulit autem *Saburum Gatmeschum*, ut repelleret obloquentium calumnias, & præcideret linguæ omni cuſpidem penetrantem. Et tantummodo cognominabatur *Timur Princeps Magnus*, etſi ſub ditione ejus eſſet tum imperans, tum parens; eratque *Chan*

(46) Nobiliſſima nempe inter Arabes tribus *Koreiſchitarum*, quorſum facit dictum illud *Muhammedis*, quod in ejus vita refert *Abulf. edit. Gagn.* p. 5. ubi omiſſa, quædam verba ex *Codice MS.* ſupplenda hic juvat adjicere, nempe poſt فاختار من الخلق بني ادم lege فاختار من بني ادم العرب فاختار من العرب مضر فاختار من مضر قريشا *Dein creavit omnes creaturas, ſed ex iis elegit filios Adami, porro ex his Arabes; ex his vero Modaritas, ex his iterum Koreiſchitas*, &c.

(47) *Cod. W.* ita legit pro قدر & mox يمكن pro تمكن.

(48) *Cod. W.* يديهم.

(49) Ita recte *Cod. W.* pro vulgato المطاعن.

وانما لقب تيمور (50) الامير الكبير وان كان في (51) اسره كل امر منهم ومامور والخان في اسرة (52) كالعمار في الطين وشبيه الخلفاء بالنسبة في هذا الزمان الي السلاطين، واستمر بعلي شير نايبا في سمرقند وكان يكرمه ويستشيره في اموره ويقدمه.

ذكر وثوب توقتاميش خان سلطان (53) الدشت وتركستان،

ثم ان توقتاميش خان سلطان الدشت والتتار لما راي ما جري بين تيمور والسلطان (54) حسين فار دم قلبه وغار وذلك اعلا النسب والجوار وهيا العسكر الجرار والجيش الزخار وتوجه الي مصاف

(50) Ex *Cod. W.* reſtitui الأمير in *Ed. Gol.* neglectum.

(51) Sic *Cod. Warn.* quod omnino præferendum vulgato أمرة.

(52) Uti Græci ſuum ὄνος, ſic & Arabes ſuum العمار *multipedæ* cum *aſino* commune fecerunt.

Digitized by Google

Chan in ejus vinculo, ut *millipeda* in luto, atque ad inſtar Chalipharum hac ipſa tempeſtate reſpectu Sultanorum. Et continuavit Ali Sjirum in Præfectura Samarcandæ, quem honorabat, conſilium ab eo petens in ſuis negotiis & præcipuo eum loco habebat.

CAPUT VIII.

Narratur expeditio Toctamischi Chani Sultani Deſtæ & Turkiſtanæ.

Dein, quando vidit *Toctamiſch Chan Sultanus Deſtæ & Tatarorum*, quod evenerat *Timurum* inter & Sultanum *Huſſeinum*, ferbuit ſanguis cordis ejus, & æſtuavit, & id quidem, quoniam eſſent conſanguinei & vicini, conſcriptoque exercitu numeroſo, copiisque æſtuantibus perrexit verſus caſtra *Timuri* a regione *Sangiak*

(51) *Deſt*, quod generatim *deſertum* notat, reſtringitur nunc ad vaſtos illos *Tatarorum* campos, qui alias, uti etiam infra, nomine *Deſt Kabgiak* veniunt, *conf. Herb.* p. 222.

(54) Ipſum hoc nomen *Sultani* in *Ed. Gol.* omiſſum reddit *Cod. W.*

Digitized by Google

مصاف تيمور من جهة (55) سغناق واترار، فخرج
اليه تيمور من سمرقند وتلاقيا باطراف
تركستان قريبا من نهر خجند وهو نهر سيحون
وسمرقند بين (56) نهري سيحون وجيحون، فقامت
بين العسكرين سوق المحاربة ولم يتفق بينهم فيها
سوى معاملات المضاربة ولا زالت رحا
الحرب تدور الى ان انطحن عسكر تيمور،
فبينا عسكره قد (57) فل وعقد جنوده انحل
واذا برجل يقال له السيد بركة قد (58) اقبل،
فقال له تيمور وهو في غاية الضرر يا سيدي
السيد جيشي انكسر فقال له السيد لا تخف
ثم نزل السيد عن فرسه ووقف واخذ كفا
من

(55) Geminum hoc nomen proprium, quod in *Ed. Gol.* eſt اترار & سغناق ita omnino corrigendum ex *Cod. W.* conf. p. 109. *Ed. Gol.* ubi itidem conjunguntur; eſt vero *Otrar* urbs Turkiſtanæ, patria celeberrimi Lexicographi *Gjeuharii.*

(56) *Ed. Gol.* نهرين ſed *Cod. W. Nun* illud *caſuale* ob *regimen* recte reſecat.

(57) Ita *Cod. W.* appoſite admodum pro vulgato قل. Proprium enim eſt فل in *acie diſſipata* & *fracta*, quo de uſu hujus verbi conf. *Cl. Schult.* ad *Harir. Conſ.* 1. p. 20.

Digitized by Google

Sangiak & *Otrar*. Egreſſoque contra eum *Timuro Samarcanda*, obvii ſibi facti ſunt in finibus *Turkiſtanæ* prope fluvium *Chogendæ*, qui eſt *Jaxartes*; *Samarcanda* autem ſita eſt inter fluvios *Jaxartem* & *Oxum*. *Ferbuitque duos inter exercitus forum digladiationis, neque ibi inter eos quicquam diſtrahebatur præter commercia mutuorum ictuum*, neque deſiit *mola belli circumvolvi*, donec *exercitus Timuri comminueretur*. Dumque exercitus ejus jam eſſet fractus, atque diſſolutum vinculum agminum ejus, ecce advenit vir, cui nomen, (58) *Seid Barka*. Cui cum Timur in extrema hac anguſtia diceret: *ô Domine mi Seide! in fugam vertuntur milites mei*, reſpondit ei *Seid*; *ne time*; tum deſcendens *Seid* ab equo ſuo & ſubſiſtens (60) *corripuit pugillum glareæ*,

(58) Lepide *non nemo*, ubi ad *Exod.* XII: 32. Hebr. ברכה illuſtrare volebat, ac comprobatum dare ſæpius id venire in *S. Cod.* pro *munere*, ex *nomine* hoc *proprio*, *appellativum* fecit, vertitque hanc pericopam: *ſignificavit ei, principem jam munus accepiſſe*, eundemque iterum erravit errorem ad *Exod.* XXXII: 29. Ceterum conf. cum phraſi *ferbuit forum digladiationis* geminum locum in *vita Salad.* p. 127. & cum altera illa, quæ *molam bellicam* eleganter inducit, *Cl. Schult. ad Ham.* p. 545.

(59) Ita *Cod. W.* pro قبل in *Ed. Gol.*

(60) Ad imitationem *Muhammedis*, qui bis, eadem hac ratione ſuorum inhibita fuga, victoria potitus perhibetur V. *Abulf. in ejus vita* p. 58 & 115.

Digitized by Google

من العصا وركب فرسه الشهبا (61) ونفخها
في وجه عدوه المردي وصرخ بقولة (62) ياغي
قاجدي فصرخ بها ايضا تيمور تابعا ذلك
الشيخ النجدي وكان عباسي الصوت فكانه
دعا الابل (63) الظماء (64) بدبوت جوت فعطفت عساكره
عطفة البقر علي اولادها واخذت في المجالدة مع
اضدادها واندادها ولم يبق في عسكره من
(65) جذع ولا قارح الا وهو يقول (66) ياغي
قاجدي (67) صايح ثم انهم كروا كرة واحدة
بهمة متعاقدة ونهمة متعاضدة فتراجع جيش
توقتامش منهزمين وولوا علي اعقابهم مدبرين
فوضع عسكر تيمور فيهم السيوف وسقوهم بهذا
الفتوح كاسات الحتوف وغنموا الاموال
والمواشي

(61) Ita cum *Cod. Warn.* lego pro نفحها.

(62) *Ed. Gol.* باغي فاجدي *Cod.* vero *Warn.* recte ياغي قاجدي ſunt enim voces *Turcicæ* ab homine Turca prolatæ, quarum prior *prædonem* notat, uti يغما *direptionem;* poſterior قاجدي nempe 3 *perſ. præſentis temporis* in *Conjug.* 1. a themate قاجمق *fugere;* unde verti *malus ille fugit;* longius vero aberrat Interpres Gallus, dum vertit *courage, courage.*

Digitized by Google

glareæ, conſcenſoque equo ſuo cineritii coloris, eam in hoſtium acerrime pugnantium faciem projecit maxima vocis contentione clamans *malus ille fugit*, quod etiam ingeminavit *Timur* ſequens animoſum illum ſenem, voce horriſona, ac veluti ejus qui camelum ſitientem ad aquam vocat. Et flexit ſe exercitus veluti boves circum fœtus ſuos, & pugnare incepit cum adverſariis ſuis, & ſimilibus ſuis, nec quisquam remanſit in exercitu, quin etiam magna voce clamaret *Malus ille fugit*. Tum vi unita impetum iterum fecerunt cum animoſitate probe ſociata, atque aviditate ſibi mutuo auxiliante. Seque converterunt *Tuktamiſchi* copiæ in fugam actæ & retro ceſſerunt terga vertentes. Tum in eas immiſſis gladiis *Timuri* exercitus iis per has aperturas propinavit pocula mortium. Et diripuerunt apparatum & jumenta, & cujus-

(63) Ita *Cod. W.* pro الضما.

(64) Sic malim legere, vulgatum بجحوث eſt enimvero geminatum جوث ipſe ille ſonus raucus & horridus, quo camelum ſive *refractarium increpare*, ſive *ſitientem ad aquas vocare* ſolent agaſones Arabes.

(65) Appoſite *Cod. W.* pro جدع legit جذع quod poſtulat ſequens قارح, uti enim hoc *equum*, ſive aliud brutum *adultum*, ſic illud *juvencum* notat, unde utrumque ad *milites* nunc translatum complectitur quoscumque, ſive fuerint *tirones*, ſive *veterani* conf. *Cl. Schult. ad Har.* VI. p. 192.

(66) Et hic vulgo legitur يا غي فاخشي ſed vide, quæ paulo ante notavi.

(67) Quod ex conjectura jam ante receperam صايح pro صالح nunc cum fiducia ſuo loco reſtitui ex ſuffragio *Cod. W.*

والمواشي واسروا اوساط الروس والحواشي. ثم رجع تيمور الي سمرقند وقد ضبط امور تركستان وبلاد نهر خجند، وعظم لديه المشيد بركة وحكمه في جميع ما استولي عليه وملكه، وهذا السيد اختلف القول فيه، فمن قايل انه كان مغربيا بمصر حجاما فذهب الي سمرقند وتسيد بها (68) وعلا قدره وتسامي، ومن قايل انه كان من اهل المدينة الشريفة، ومنهم من يقول انه من اهل مكه المنيفة، وعلي كل حال فانه كان من اكبر الاعيان في بلاد ما وراء النهر وخراسان لا سيما وقد امد تيمور بهذه النجدة وخلصه بهذه اللطيفة المصادفة (69) للقضاء والقدر من هذه الشدة، وقال له تيمور تمن علي واحتكم لدي، فقال له يا مولانا الامير (70) ان اوقاف الحرمين الشريفين في الاقاليم كثيرة ومن جملة ذلك (71) اندخواي في ممالك خراسان وانا واولادي من جملة مستحقي ذلك الاحسان،

(68) Ita *Cod. W.* pro vulgato وعلي , uti mox تسامي pro تساما.

cujuscumque ſortis captivos abduxerunt. Dein Timur reverſus eſt Samarcandam, ſub imperium jam redacta Turkeſtania & Regionibus fluvii Jaxartis. Magnamque auctoritatem penes ſe detulit illi *Seido Barkæ*, & præfectum conſtituit per omnes ſuas ditiones regnumque ſuum. De hoc autem *Seido* in diverſa abeunt. Sunt enim, qui dicunt, eum ex Occidente oriundum Chirurgum fuiſſe in Aegypto, dein abiiſſe Samarcandam, ubi Domini titulo auctus, altiorem potentiam atque auctoritatem fuerit conſecutus. Alii vero perhibent, oriundum eum fuiſſe ex populo *Medinæ Nobilis*; contra alii, ex populo *Meccæ Eminentis*. Quicquid eſt, fuit certe ex potentioribus Magnatibus Provinciæ Trans-Oxianæ & Choraſanæ; præſertim, poſtquam *Timuro* tam ſtrenue opem tulit, eumque ex iſta anguſtia ſuo aſtu conveniente cum Decreto & Providentia eripuit. Dixitque ei Timur „ *opta a me & jure Tuo utere apud me.* Cui reſpondit „ *o Domine noſter, Princeps! plura* „ *ſunt Feuda Meccæ & Medinæ in Provinciis, & ſpeciatim illud Andachuenſe in ditionibus Choraſanæ, ad* „ *quod beneficium ego, & filii mei ex omnibus jus habemus. Et ecce origo hujus rei ejusque adverſarius in foro* „ *conſtituatur & cognoſcatur omnis ejus proventus, &* „ *conſignentur fundi, & pecuniæ & augmentum, ne ſit* „ *portio mea, & portio filiorum meorum levior hoc oppi-* „ *do*

(69) *Cod. W.* pro القضاء in *Ed. Gol.*

(70) Ita *Cod. W.* pro ان & mox كتبـــــــــــس pro كثيرة.

(71) In *Edit. Gol.* proſtat اندخوا ſed correctius *Cod. W.* legit اخدخوي.

الاحسان، واذا اقيم اصل ذلك وخصمه وعلم (72) قضمه وخضمه وضبطت اوقاته ومصارف ذلك وصرافه ما كانت حصتي وحصة اولادي اقل من هذه (73) القصبة في هذا الوادي فاقطعني اياها فاقطعه اياها مع مضافاتها واعمالها وقراها وهي الي الان في (74) يد بني اولاده واسباطه واحفاده.

ذكر علي شير مع تيمور وما وقع بينهما من المخالفة والشرور،

ثم ان تيمور وقع بينه وبين علي شير مخالفة وانحاز الي كل منهما طايفة فاغتاله تيمور وختله، ثم قبض عليه وقتله (75) فصفت الممالك

(72) Corrupte vulgo legitur قصمه وحصمه pro quo ſubſtitui قضمة وخضمه tum, quod ita legat *MS. Gol.* tum, quod duo hæc vocabula tanquam ſibi oppoſita ex formula loquendi ſignata in una ſede ponant *Arabes*, uti in illo تدرك الخضم بالقضم *poſt penuriam obtinetur copia;* conf. de uſu utriusque vocis *Tebleb. ad Harir. Conſ.* IX. laudatus

„ *arundine in hac valle; quare mihi illud adjudica*" illud itaque ei adjudicavit cum ſuis ditionibus, prædiis & villis, quod etiam in hunc usque diem tenuerunt nepotes ejus, poſteri & conſanguinei.

C A P U T IX.

De contentione & malis inter Ali Sjirum & Timurum exortis.

Dein orta *Timurum* inter & *Ali Sjirum* contentione, uterque ſuas habuit ſectatores, Timur vero ex improviſo eum circumvenit. Quo comprehenſo & occiſo, quadam tranquillitate ſedatæ fuerunt Timuro Provinciæ & ditiones, ad obſequium ei deferendum accurrentibus Magna-

laudatus a *Cl. Schult.* ad *Excerpta ex Iſpah.* p. 11.

(73) Ita omnmo legendum pro corrupto القضية, fidem faciente tum *Cod. W.* tum ipſius contextus auctoritate.

(74) Omiſſum بعض in *Ed. Gol.* quod tamen omitti non debebat, nec abeſt a *Cod. Warn.*

(75) Vulgo legitur فصعقت, ſed præſtat, uti eſt in *Cod. W.* فصفت a صفا *purus, defæcatus fuit*, unde auctor ſimiles formulas eleganter deductas ſæpiſſime frequentat; vide ſub finem *Cap.* X. nec non *Cap.* XII, XX. &c.

الممالك والولايات لتيمور بعض الصعا وهرول الي طاعته من الناس كل وجه وراس كانا في التنابي وقفا.

ذكر ما جري (76) ادعار سمرقند والشطار مع تيمور وكيف احلهم دار البوار

وكان في سمرقند طايفة من الدعار كثيرون وهم انواع فمنوهم مصارعون (77) ومناقفون وملاكمون ومعالجون. وهم فيما بينهم فرقتان كالقبس واليمن والعداوة والمقاتلة بينهم قايمة علي (79) مر الزمن ولكل طايفة منهما روس وظهور واعضاد وضروس. وكان تيمور مع ابهته (80) يخافهم لما كان يظهر له (81) عنادهم وخلافهم.

(76) *Cod. W.* heic loci & identidem pro vulgato زعار rectius legit دعار niſi malis cognatum دغار uti eſt in inſcriptione *Cap.* XIX. ubi mox cum شطار æque ut in noſtro loco conjungitur.

(77) Ita *Cod. W.* pro mendoſo متباقفون.

omnibus Magnatibus, qui id huc usque faſtidioſe detrectaverant.

CAPUT X.

Quid egerit TIMUR cum nebulonibus & ſcelerofis Samarcandæ, quaque eos ratione ad Orcum demiſerit.

Fuit Samarcandæ caterva complurium nebulonum, varii generis, inque iis luctatores, gladiatores, pugiles, & agyrtæ. Inter eos duæ erant ſectæ veluti (82) *Kais & Iemen*, quæ mutuam inimicitiam & contentionem continuo inter ſe exercebant, habebatque utraque pars ſuos (83) *Duces, fautores, opitulatores, & adjutores.* Timebat vero eos Timur etſi potentiſſimus, quando quidem perſpectam habebat

(79) Ita *Cod. W.* pro مصر in *Ed. Gol.*

(80) *Edit. Gol.* تتخاوهم ſed præſtat ex *Mſ. Gol.* يتخاوهم.

(81) Ita *Cod. W.* pro vulgato عناوهم.

(82) Reſpicit forſan ad contentionem inter *Kaiſum* & *Aswadum*, cui adhærebebant *Jemanenſes*, de qua v. *Abulf. vita Moh.* p. 158.

(83) Ad verbum *capita, terga, bracchia & dentes molares;* ita nempe membra, vitæ præſidia, pro *adjutoribus* frequentiſſime veniunt. *Conſ. Tabel. ad Harir. Conſ.* 13. cit. a *Cl. Schult. ad Job.* p. 604. & noſtrum p. 113. l. 7. *Ed. Gol.*

Digitized by Google

وخلافهم، فكان اذا قصد جانبا اقام له في
سمرقند نايبا، فاذا بعد عن المدينة خرج من
تلك الجماعة طايفة فخلعوا النايب او خرجوا مع
النايب واظهروا المخالفة، فما يرجع تيمور الا
وقد (84) انفرط نظامه وتخبطت اموره وتشوش
مقامه فيحتاج الي تجديد وتمهيد وتخريب
(85) وتشييد فيقتل ويعزل ويعطي ويجزل، ثم
يتوجه لتمهيد ممالكه وتوطيد مسالكه فيعودون
الي (86) عكسهم ويثوبون الي ختلهم ومكرهم
وتكررت هذه القضية نحوا من تسع مرار،
فضاق تيمور ذرعا بالاشرار والدعار فاعمل
الحيلة في اغتيالهم وكف اذاهم واستيصالهم،
فصنع (87) سورا ودعي اليه الخلايق كبيرا وصغيرا
وصنف الناس اصنافا وجعل كل ذي عمل الي
عامله،

(84) Eadem figuratione in maxima rerum confuſione ſæpiſſime uſus eſt noſter, v. g. p. 312, 348, 366, 408. *Ed. Gol.* Conf. *Cl. Schr. ad Jeſ.* III. p. 196.

(85) *Ed. Gol.* تشديد ſed malo cum *Cod. W.* تشييد *ædificium firmare, & in altum efferre;* verſatur enim Auctor in paſſim recepta metaphora *ædificationis*, quam ad *reipublicæ reſtaurationem* apte transfert.

bat eorum pertinaciam & contentionem. Cumque proficiſci vellet, conſtituebat ſibi vicarium Samarcandæ. At ſimul ac ab urbe aberat, erumpebant iſti in ſeditionem, & removebant Vicarium, aut cum eo deſciſcentes manifeſtam rebellionem prodebant. Neque prius revertit Timur, quam *rupta linea margaritarum*, tôtoque ſtatu perturbato; neceſſe itaque habuit reſtaurare complanare, deſtruere & ædificare, alios occidendo, & ab officio removendo, alios donis & muneribus afficiendo. Dein ſe alio contulit ad componenda & ſtabilienda regnorum negotia, ſed illi mox *redibant ad fæces ſuas*, & recurrebant ad fraudem ſuam & verſutiam. Quæ hiſtoria ferme novem vicibus fuit repetita. Vi ergo parum contra malignos illos & nebulones valens Timur dolo eos perdere ſtuduit, damnumque eorum cohibere, eosque penitus exſtirpare. Inſtituit ergo *convivium*, ad quod invitavit cujuscumque ſortis homines, & diviſit in claſſes, & collocavit unumquemque opificem ſub præfecto ſuo conjunctim; ſeorſim vero diviſit nebulones iſtos cum ducibus ſuis, ad eam rationem, qua egit (88) *Anusſchirvan*

(86) Conf. Cl. *Schult. ad Prov.* xv: 6.

(87) سور, quod *ordinem*, *ſeriem* notat, ut Thalmud: שורה, nunc pro *convivio* ponitur, prorſus uti سماط idem notans pro *epulis* venit apud *Abulph.* p. 371. & apud *Sadium* in *Guliſtan* p. 252.

(88) Reſpicit procul dubio ad ſectam *Mazdaki* famoſi impoſtoris, quam ſub larva religionis civium fortunis imminentem Perſiæ Rex *Anuschirvan*, ſive *Chosroës* hujus nominis *Primus* juſtis

Digitized by Google

عامله مضافا ومن اولئك الدعار مع روسايهم على حدة وفعل معهم ما فعله انوشروان بن كيقباذ بالملاحدة، وارصد له في احد الأطراف انصارا وقرر معهم ان كل من ارساله البهم يسلبونه دمارا ويكون ارساله البهم على قتله شعارا، ثم انه جعل يدعوا روس الناس ويسقيهم بيده الكاس ويخلع عليهم (89) افخر اللباس واذا (90) انقضت النوبة من اولئك الدعار الى احد سقاه كاسه (91) وخلع عليه واشار ان يتوجه به الى نحو الرصد، فاذا وصل اليهم خلعوا عنه خلعته (92) بل وثوب الحياة فهتكوه وسكبوا عسجد قالبه في (93) بوتقة الفنا فسبكوه الى ان (94) اتى على آخرهم، واستوفى بذلك قطع دابرهم ومحى اثارهم واطفا نارهم فصفت له المشارع وخلا ملكه عن (95) مجاذب ومنازع ولم يبق له فيما وراء النهر ممانع ولا مدافع*

فصل

juſtis ſuppliciis coërcuit. Conf. *Eutychii Ann.* T. II. p. 178 & *Herbelot.* p. 682.

(89) *Cod. W.* فاخر.

(90) Ita *Cod. W.* appoſite pro vulgato انقضت.

(91) اخلع in quarta ſpecie verbi خلع de quo conſuli poteſt *Cl. Schræd. de Veſt. M. H.* p. 213. *ſqq.* præfert *Cod. W.*

van Fil, Caicobadi cum infidelibus. Poſuitque ſibi a latere quodam præſidiarios in inſidiis, quibuscum conſtituit, ut quemcunque ad eos ablegaret, mox interimerent, eratque ablegatio ejus ad illos ſignum occidendi. Tum præcipuis ad ſe vocatis ſua manu poculum porrexit, eosque ſplendidiſſima veſte induit, cumque ordo ad nebulones iſtos perveniſſet, unicuique propinavit ſcyphum, & chlamydem donavit, dato ſimul ſigno, ut ea indutus verſus inſidiatores abiret. Ad quos ubi pervenit, chlamydem ei diripuerunt, quin veſtem vitæ, quam dilacerarunt, effundentes aurum formulæ ejus in catinum perditionis, idque liquefacientes, donec ad unum omnes eſſent deleti. Quibus ita funditus deletis, veſtigiisque eorum obliteratis, & igne eorum exſtincto, *aquationes ei liquidæ factæ ſunt*, deterſumque ejus regnum ab adverſariis & refractariis, nemine ei in Tranſoxiana ſuperſtite inmorigero, aut qui repugnaret.

CAPUT

(92) *Ed. Gol.* poſt خلعته addit ووثبوا عليه quæ vero *Cod. W.* non adgnoſcit.

(93) Ita *Cod. W.* quod & ipſum videtur corruptum pro voce nihili بونغة in *Ed. Gol.* بورقة legit *Rev. Lette* ad *Cant. Deb.* p. 92. an forte legendum بورة *fovea, catinus*, quod apprimo hic quadrat?

(94) Phraſis eſt ſignata *venire ſuper aliquem* pro *delere*, & *occidere* conf. *Exc. ex Ispah.* p. 8. & ibidem *Cl. Schult.*

(95) Nullus dubito, quis legendum ſit مجاذب a جذب *traxit* in III. *contendit cum alio*, quod vel ex addito منازع facile demonſtratur.

فصل في تفصيل ممالك سمرقند وما بين نهري (97) بلخشان وخجند،

فمن ذلك سمرقند وولاياتها وهي سبعة تومان واندكان وجهاتها وهي تسعة تومنات والتومان عبارة عما يخرج عشرة الاف مقاتل، وفيما وراء النهر من المدن المشهورة والاماكن المعتبرة المذكورة سمرقند وسورها قديما علي ما زعموا اثنا عشر فرسخا وكان ذلك علي عهد السلطان جلال الدين قبل جنكيز خان، ورايت حد سورها من جهة الغرب قصبة بناها تيمور وسماها دمشق ومسافتها عن سمرقند نحو من نصف يوم، والناس الي الآن يحفرون سمرقند العتيقة ويخرجون دراهم وفلوسا (99) سكتها بالخط الكوفي يسبكون الفلوس

(97) Circumſcriptione utitur noſter petita *a locis bis fluviis adſitis;* eſt videlicet *Balacbsjan* regio verſus *Oxi* ortum extenſa, ubi Rubini, quos etiam nunc gemmarii *Balauſios* vocant, copioſe eruuntur; fluvium autem *Chogendæ Jaxartem* eſſe, qui alias proprio nomine *Seibun* appellatur, jam ſupra p. m. 56. monuit auctor.

CAPUT XI.

Fuſius exponuntur ditiones Samarcandæ, quæque inter fluvium Oxum & Jaxartem jacent.

Samarcanda autem cum Præfecturis ſuis ſeptem habet *Taumanas; Andecan* [al: *Fergana*] vero cum ſuis tractibus novem *Taumanas; Taumana* autem vulgo dicitur ſocietas, quæ educit decem millia militum. Ex inſignioribus vero Tranſoxianæ urbibus locisque maximæ celebritatis eſt *Samarcanda*, ([98]) cujus mœnia olim, ut vulgo æſtimant, duodecim paraſangarum erant, & id quidem a tempore Sultani *Galaleddini* ante *Ginchiz Chanum*. Vidi ad extremitatem muri a plaga Occidentali oppidum exſtructum a Timuro, nomine *Damaſci*, dimidii diei itinere *Samarcanda* diſtans. Ubi in hunc usque diem veteris *Samarcandæ* rudera effodiunt, eruuntque drachmas & quadrantes

([98]) Conferri meretur *Samarcandæ* deſcriptio *ad Alferg.* p. 172.

([99]) *Cod. W.* سمكتها, quod præferendum.

الغلوس (100) يخرجون منها فضه، ومن مدن ما
وراء النهر مرغبنان وهي كانت التخت
قديما وبها كان ايلك خمان ومنهما خرج
الشيخ الجليل العلامة برهان الدين المرغبناني
صاحب (1) الهداية رحمه الله تعالي، وخجند وهي
علي سيحون وترمذ علي ساحل جيحون
ونخشب وهي قرشي المذكورة والكش
وبخارا واندكان وهي اماكن مشهورة
وغير ذلك (2) ومن ولايات بلخشان وممالك
خوارزم واقليم صغانيان الي غير ذلك من
الاطراف الواسعة والاكناف الشاسعة وفي
عرفهم ما وراء جيحون الي جهة الشرق توران
وما كان في هذا الطرف الي جهة الغرب
ايران، ولما اقتسم كيكاوس وافراسياب البلاد
كانت توران لافراسياب وايران لكيكاوس
(3) بن كيقباد (4) وعراق هو مغرب ايران.

ذكر

(100) Ita rectius *Cod. W.* pro vulgato يخرج.

(1) Male *Vatt.* vertit *Directeur;* respicitur nempe ad Librum, quem ſub nomine الهداية edidit, in quo traditur *Juriſprudentia Muslimiorum.* Conf. *Herbel.* p. 556.

Cuſico charactere ſignatos, e quibus liquatis producunt argentum optimum. Eſt quoque Transoxianæ urbs *Marghinan*, olim etiam Regia, in qua ſedem habuit *Ilek Chan*, & unde ortus eſt Antiſtes inclytus, ſapientiſſimus *Borhaneddinus Marghinanenſis*, Auctor *Libri Hedaijat;* miſereatur ejus Deus O. M.! *Chogenda* inſuper ad *Jaxartem* ſita; *Termed* ad ripam *Oxi;* *Nachsjeb*, alias *Karſchi*, ſupra memorata, *Keſch*, *Bochara*, & *Andecan;* quæ loca ſunt celebriora; præterea ex Præfecturis *Balachsjanæ* ditiones *Choärezmiæ*, & regiones *Sagaïnanenſes*, aliique tractus ſpatioſi & plagæ longe diſſitæ. Quodque trans Oxum verſus Orientem jacet, appellatur vulgo *Turan;* quod vero citra Occidentem verſus porrigitur, *Iran.* Cum enim inter ſe diſtribuerent *Caicauſus* & *Afraſiabus* regiones, ceſſit *Turan Afraſiabo*, *Caicauſo* autem Fil. *Caicobadi Iran*, cui *Iraka* eſt ab Occidente.

CAPUT

(2) Potius leg. مَن absque و quod certe abundat.

(3) *Cod. W.* ابن fuit enim *Caicaus Filius Caicobadi* antiquiſſimi Perſarum Regis. v. *Schikhardi Tarich* p. 44. & *Herbel* p. 235.

(4) *Irakam* puta *Arabicam;* abſolute enim poſita hæc ſolet deſignari, de qua copioſe egit *Cl. Schult. ad Ind. Geogr. vit. Salad.*

Digitized by Google

CAPUT XII.

De tyrannidos ejus initio, poſt vindicatas ſibi penitus Provincias Trans-Oxianæ.

Poſtquam puro obſequio ei ſubjectæ eſſent Provinciæ Transoxianæ, ſeque ejus imperio ſubmiſiſſent, qui diu faſtuoſe repugnaverant, vindicare ſibi geſtiens regiones, & in ſervitutem redigere homines, cœptavit digitis doli texere retia & laqueos, ut venaretur iis Reges Regionum, & terrarum Dominos. Primum igitur adfinitatem contraxit cum Mogolis, amicitiam eorum ſibi conciliavit, & ad pacem & tranquillitatem eos adduxit, uxorem ducens filiam *Kamareddini* Regis eorum, evaſitque tutus ab eorum inſectatione & perſecutione; erant quippe ejus vicini ab Oriente, non ſciſſi inter ſe nec diviſi, cum præſto eſſet gemina cauſa, tum idem genus, affinitas & vicinitas; tum religio; quæ dicitur (10) *Lex Genghizchanica*, propagata per univerſum utrumque Imperium; tutus ergo fuit ab eorum malignitate, depulitque eorum artes & noxam.

CAPUT

(7) Sic *Cod. W.* pro vulgato مغول..

(8) In *Edit. Gol.* cum præfixo ب legitur ببنت quod *Cod. W.* rectius omittit v. ſimilem ſtructuram verbi تزوج p. m. 22 & 26.

(9) *Cod. W.* هي reſecta copula و a quo etiam abeſt ſequens mox والمصاهرة.

(10) Nomen habet a Mogolorum Duce *Amochtan Chan*, qui firmato imperio novum nomen *Chengiz*, & primus cognomen

Magni

ذكر تصميمه العزم وقصده الاطراف واولا ممالك خوارزم،

فحين امن مكرهم وسد بالمصالحة ثغرهم صمم العزم على التوجه الي ممالك خوارزم وهم مجاوروه غربا بالشام ومباينوه بتمشية قواعد الاسلام وتختهم مدينة جرجان وهي من اعظم البلدان، وهذه المملكه ذات مدن عظيمة وولايات جسيمة تختها مجمع الفضلاء ومحط رحال العلماء ومقر الظرفاء والشعراء ومورد (11) الادباء والكبراء ومعدن (12) حال الاعتزال وينبوع بحار اهل التحقيق من ارباب الهدي والضلال، نعمها كثيرة وخيراتها غزيرة ووجوه فضايلها مستنيرة واسم سلطانها حسين صوفي وهو (13) في الاعتقادات الباطلة عوفي، ومدن ما وراء النهر وضع بعضها

Magni Chani adeptus fuit. Condidit hic leges & jura, quæ Schytice ياسا *Yaſa Conſtitutiones* nempe *Chengiſchanicæ* dicuntur, quas veluti ſancta & divina quædam effata religioſe tutati ſunt, atque obſervarunt Succeſſores omnes. Sæpius hujus legis Auctor noſter meminit; vid. præſertim p. 403. *Ed. Gol.* Sed in hunc campum nunc excurrere non licet.

(11) *Ed. Gol.* والادباء ſed a *Cod. W.* copula و recte exulat.

(12) *Cod. W.* جبال. (13) *Cod. W.* من pro في.

CAPUT XIII.

Urget propoſitum invadendi fines & primum Ditiones Choarezmiæ.

Tunc ergo ſecurus ab eorum technis, & pacificationis ope *obſtructis eorum confiniis*, urſit propoſitum invadendi Ditiones *Choärezmiæ* vicinas ſibi ab Occidente, ad manum ſiniſtram, ſed differentes a ſe in obſervatione fundamentorum Islamismi; quarum Metropolis eſt *Korkan*, urbs ampliſſima. Continet Regnum hoc urbes amplas & magnas Dynaſtias. Metropolis locus eſt, in quo conveniunt viri præſtantiſſimi; hospitium Eruditorum, jucunda manſio elegantioris ingenii hominum & Poetarum, (13) *aquarium* bene moratorum & Magnatum, fodina Sectæ *Mutazaliticæ*, & ſcaturigo multitudinis in veritatem inquirentis disceptando, cum recta, tum erronea incedentis via. Abundat deliciis, & eximiis dotibus, ſplendidamque faciem præferunt ejus præſtantiæ; nomen Sultani erat *Huſſein Sophi*, erroneis dogmatibus (14) *addicti*. Urbes autem Transoxianæ conditione proxime ad ſe invicem accedunt,

(13) Figuratior nempe ſtilus *aquarium* celebrat pro *loco jucundi commercii & confabulationis*. conf. *Har.* II. p. 57, 113 & VI. 194.

(14) *Schiitam* puta, ſive ſectatorem quarti a Muhammede Chaliphæ

بعضها قريبة من بعض لانها كلها مبنية
باللبن والاجر علي الارض، واهل خوارزم
كاهل سمرقند في اللطافة وافضل من اهل
سمرقند في الحشمة والظرافة يتعانون المشاعرة
والادب ولهم في فنون الفضل والمحاسن اشياء عجب
خصوصا في معرفة الموسيقا والانغام ويشترك
في ذلك الخاص منهم والعام، ومما هو مشهور
عنهم ان الطفل في المهد منهم اذا بكي او قال
اه فان ذلك يكون في شعبة دوكاه، فلما
وصل تيمور الي خوارزم كان حسين صوفي
غايبا عنها فنهب حواليها وما وصلت يده
اليه منها ولم يقدر عليها فلم يكترث بها ولا
(25) التفت اليها، ثم لم اطراف حاشيته وعاد الي
مملكته.

ذكر

Chaliphæ *Ali*, id quod etiam innuere titulum *Sofi* obſervat *Herbel.* in voce *Houſſain Sofi;* alias autem generatim *Sofi* ex uſu *religioſum*, *devotum* ſignificat; interpres vero Gallus inſerit *c'eſt a dire ſage*, quaſi eſſet a Græco σοφὸς, unde mox ad explicationem vocis عوفي ob paronomaſiam ab auctore captatæ addit, *c'eſt a dire un ſot;* verum non ſatis conſtat iſta *ſtulti* notio ſub voce عوفي, quæ a عوف, quod per لزم exponitur, derivata ſonabit potius *addictum*, *deditum*.

dunt, omnes quippe ex latere & tegula ſuper terra exſtructæ. *Choäresmii* Samarcandenſes ſubtilitate æquant, ſed iis præſtant magnificentia & elegantia, Poëſi & humaniori literaturæ deditiſſimi, in vario artium eximiarum rerumque venuſtarum genere admirabiles, præſertim in ſcientia Muſica, & tonorum, in qua ſeſe exercent Proceres æque ac vulgus. Adeo ut vulgo de iis dicatur, eorum infantes in cunis quando vagiunt, aut clamant *ah!* id eſſe in genere ditoni. Cum autem *Choärezmiam* venit Timur, aberat inde *Huſſein Sophi*, adeoque vaſtavit circumjacentem agrum, & quicquid inde manus ejus adſequebatur; de urbe vero, quam capere non poterat, non multum laboravit, ſed parvi eam fecit. Dein collecto (16) *adſeclarum ſuorum agmine* ad regnum ſuum rediit.

CAPUT

(15) Thema nempe eſt لفت לפת *torſit*, *intorſit*, hinc ſpeciatim in VIII. conjug. *cum cura flexit quaſi intorquens vultum viſumque ſuum ad aliquam rem*, conf. ad *Harir. Conſ.* I. p. 39.

(16) Dictio Arabica ad verbum ſonat *congeſſit extremitates ſuas*, quam frequentat noſter de *adſeclis*, & *militibus*; ita *tenuitas*

Digitized by Google

ذكر عوده ثانيا الى خوارزم،

ثم انه شد حزام الحزم وكر ثانيا الى
خوارزم باستعداد تام وجيش طام وكان
سلطانها ايضا غائبا، واقام لجمايه بكرها
خاطبا فحاصرها (١٧) وصابرها وضاجرها وشدد
على اعناق مسالكها التلابيب وكان ان
ينشب بانيالها منه المخاليب، فخرج اليه رجل
من اعيانها وكان تاجرا وله (١٨) قدم صدق عند
سلطانها حاضرا يقال له حسن سوريج
والتمس ان يرفع عنهم ذلك الامر المريج وان يبذل
له ما طلب في مقابلة ما يريد من اسير
وسلب،

tenuitas oræ pauci ſunt *adſeclæ & milites* p. 126, & الحواشي de iisdem veniunt p. 107. conf. *geminam phraſin* p. 94. *collegit extremitatem ſuam* pro *univerſo adſeclarum robore*, imo حواشي p. 51. diſerte de *extremitate agminis*; Elegans nempe eſt Metaphora, qua *numeroſus exercitus longe lateque diffuſus*, ſed contrahendus cum *ora veſtis* amplæ comparatur, quam Imperator colligit, & in ſe quaſi contrahit.

(17) In *Cod. W.* deëſt وصابرها.

C A P U T XIV.

Altera Choäreſmiæ invaſio.

Tum *adſtricto baltheo propoſiti*, altera vice invaſit Choärezmiam, omni apparatu, & numeroſo exercitu inſtructus, quum adhuc, ut ante, Sultanus abeſſet. Et immiſit ([19]) *pulcerrimæ virgini ejus procum*, *eamque obſeſſam ad ſummas anguſtias redegit*, *adſtrictis ad colla adituum ejus veſtibus jugularibus*, *ſic ut ferme ungues ejus figerentur in laciniis ejus*. Exiit itaque ad eum Vir ex præcipuis civibus Mercator, qui meritis valebat apud Sultanum, nomine *Haſſein Surbegh*, petens, ut eos ab iſta perturbatione liberaret, offerensque ei, quod poſtularet loco optati lucri ex captivis

([18]) Phraſis eſt *Coranica* ex *Sur.* x: 3. ubi قدم صدق عند ربهم deſignat *certiſſimam mercedem apud Deum fidelibus deſtinatam.* Deëſt vero حاضرا in *Cod. W.* ubi nomen hujus Mercatoris ſcribitur سوربيغ.

([19]) De eximia hac imagine, in ſacris Literis non incognita,

وسلب ، وطلب منه حمل مايتي بغل فضة ترفع الي خزاينه نضة ، فلم يزل يراجعه ويلاطفه ويمانعه حتي صالحه علي ربع سواله وقام المصالح بذلك من ماله وصلب حاله ووزن له ذلك في العمال ، واخذ تيمور في الترحال وكف عن الاذي شباطين جنده وعزم علي التوجه (20) الي سمرقنده.

ذكر مراسلته ملك غياث الدين سلطان هرا الذي خلصه من الصلب (21) ومراود فيه اباه ،

ثم انه راسل سلطان هراه ملك غياث الدين الذي كان مغبته عملا بقوله كتب الله علي كل نفس خبيثه وطلب منه الدخول في (22) رتبة الطاعه وحمل الخدم والانقادم اليه بحسب الاستطاعه

nita, qua cum *virgine* comparat urbem a vi hoſtili intactam, conf. *Cl. Sch. de Defect.* p. 251. *ſqq.*

(20) Mendoſe vulgo legitur من pro الي, ut eſt in *Cod. W.*

(21) مراود *Cod. W.*

captivis & præda. Exegitque ab eo onus nummorum argenteorum, quantum ſuſtinent ducenti muli, deferendum in ærarium ſuum. Neque deſiit eum ambire, blandiri, conſtantius recuſare, donec conveniret cum eo de quarta parte ſummæ petitæ, præſtititque pactum illud, ex ſuis opibus propriisque facultatibus ei ſtatim ſummam illam pendens. In viam ergo ſe dedit *Timur*, dæmonibus ſui exercitus rapinas interdicens, & Samarcandam redire ſtuduit.

C A P U T XV.

Epiſtolam mittit ad Malikum Gejatzoddinum, Sultanum Haræ, qui eum a cruce eripuit, ejusque cauſa Patri ſuo adverſatus fuit.

Dein ſcripſit literas ad Sultanum Haræ *Malikum Gajatzoddinum* (qui revera *ejus* (22) *adjutor fuit*) quas incepit cum dicto [Muhammedis] *ſcripſit Deus* (23) *ſuper omnem animam improbam*, petens ab eo ut *ſubmitteret ſe ejus imperio*, & adportationem ſervorum, & acceſſionem

(22) Alludit ad nomen *Sultani* غياث *opitulator*, ejusque *interceſſionem*, de qua v. p. m. 32.

(23) Idem valet atque *rependet Deus improbo*, certe كتب الله *ſcripſit Deus* abſolute ponitur in *Corano pro ſententiam ſcripſit* v. *Sur.* IV. 64, 75.

(24) *Cod. W.* ربقة *funis*; & ſpeciatim ille, quo jumenti collum

لاستطاعه والا قصد (25) ديارة وبلغه دمارة، فارسل
مبلكي غياث الدين يقول صحبة الرسول اما
كنت خادما لي واحسنت البك واسبلت
ذيل احساني ونعمتي عليك فتختلت وقتالت
ونكثت (26) وفللت وثلث (27) وفعلت فعلتك التي
فعلت وذلك بعد ان نجيتك من الضرب والصلب
فكان لم تكن انسانا يعرف الاحسان فكن
كالكلب، فعبر جيحون وتوجه اليه فلم
يكن لغياث الدين قوة الوقوف بين يديه
فارسل الي حشمه وسكان قراه فاجتمعوا هم
ومواشيهم حول هراة وحفر خندقا حول
البساتين محيطا بالرعاع وضعفة المساكين
(28) وحصر نفسه في القلعة وحسب ان يكون له
بذلك منعة وذلك لركاكة رايه اولا واخرا
وجمود (29) قريحته وقلة عقله وانعكاس
فكره ودولته قلت
من

collum revinctum tenetur; frequens quippe Arabismus fert *ingredi funem obedientiæ*, pro *homagium præſtare*, *Imperium alicujus agnoscere*; ferri tamen & poteſt recepta lectio exhibens *ingreſſum in ordinem obedientis ei.*

(25) Sic malim legere ex *Cod. W.* pro vulgato زيارة.
(26) وفللت deëſt in *Cod. W.*

nem in ratione potentiæ ſuarum; ſin parere recuſet, urbes ejus peteret, & exitium ipſi afferret. Renuntiavit vero *Malikus Gajatzoddinus* in hæc verba: *juro per ſocios Muhammedis! utique fuiſti ſervus meus, beneque* „ *tibi feci, diffudique ſuper te beneficentiæ meæ & gratiæ* „ *meæ laciniam; tu vero decepiſti, occidiſti, de improviſo* „ *peremiſti, necique dediſti, doloſe egiſti, facinusque tuum* „ *patraſti, quod patraſti, etſi te eripuerim a plagis, &* „ *cruce: quod ſi ergo homo eſſe nolis, qui agnoſcat beneficia,* „ *canis inſtar eſto.* Tum trajecit *Oxum*, & adverſus eum perrexit, cum vero vires non ſuppeterent Gajatzoddino ad *confligendum cum eo aperto Marte*, ex mandato ejus adſeclæ ejus & oppidani cum jumentis ſuis fuerunt collecti circum *Haram*, foditque circum hortos foſſam, quæ ignavos & debiles miſeros circumdabat; ipſe vero arci ſeſe incluſit, putans, ſe hac ratione inacceſſum fore, idque ob tenuitatem conſilii ſui univerſi & ſtupiditatem & imprudentiam, qua animus ejus, ſimulque imperii ejus ſtatus perverſus fuit, & perturbatus. Dixi:

Cujus

(17) Formula eſt ex *Cor. Sur.* XXVI: 19.

(18) Ita *Cod. W.* pro vulgato وحضر.

(19) Propr. *congelatio fontis ſalientis*, qua de pulcra locutione *conf. ad Har.* II. p. 100.

من لم يصادف سعده تقديره
يختطفه في تدبيره تدميره

فلم يكترث تيمور له بقتال وحصار ولكن احاطت به العساكر دايرا ما دار ومكث تيمور في الامن والدعة وعدوه في الضيق بعد السعة ، واضطربت الروس والحواشي ومارت الأنعام والمواشي وغص (30) البلد بالزحام وهلكت الخواص والعوام واضناهم الوصب وانضاهم السغب وعلاهم الصراخ والصخب ، فارسل اليه السلطان يطلب منه الأمان وعلم انه اختنق بسببه وانه اعانه اولا قبلي به فذكره سابقة العرفان وما اسداه (31) اليه من احسان وطلب منه تاكيد الأمان بالايمان ، فحلف له تيمور انه يحفظ له (32) الذمام القديم

(30) Conf. *Cl. Schult.* ad *Iſpah.* p. 20.
(31) Conf. in hanc phraſin ad *Ham.* p. 599.
(32) Notat nempe الذمام ſive الذمة, uti exponitur in *Camuſo* الحق والحرمه unde Chriſtiani & Judæi, qui in fidem publicam recepti fuerunt a *Muhammede*, dicuntur اصل الذمة q. d. *populus*, *cui privilegium tutelæ conceſſum.* Quæque mox ſequitur *phraſis ſignata* eſt, *cutem non dilace-*

rare

Cujus adminiſtrationi non ſuccurrit Fortuna,
Illum infelicitas ſua rapit, & tum, quum pulcre gubernat.

Timur vero non operæ pretium duxit cum eo pugnare, & obſidere, ſed undiquaque eum exercitus circumdedit, tenente Timuro ſtationem ſecuram & tutam, dum hoſtis ejus liberiora ſpatia cum anguſtia commutaverat. Magnates enim ac vulgus interea fuerunt conturbati, ſeque ultro citroque moverunt pecudes & jumenta, oppidumque *præfocatum eſt multitudine denſa*, perierunt nobiles & plebeji, abſumſit eos morbus, & confecit eos fames, adſcenditque eorum ejulatio & vociferatio. Miſit itaque ad eum Sultanus, petens ſecuritatem, & ſignificans, ſe ejus cauſa in extremas anguſtias redactum, ſeque ei opem prius tuliſſe, curamque ejus habuiſſe, eique in memoriam revocavit veterem benevolentiam, & *quæ ſtamina penes eum texuerat bene merendi*, petiitque ab eo ſecuritatem jure jurando firmatam.

rare; adhibetur *nempe cutis* vel *corium* Metaphorice pro *vita fortunisque omnibus* conf. p. 343. & 331. *Ed. Gol.* & *Cor. Sur.* 43. 7. & 29.

القديم وان لا يراق له دم ولا يمزق له اديم، فخرج
اليه ودخل عليه وتمثل بين يديه فدخل تيمور
الي المدينة وصعد الي قلعتها الحصينة وصحبته
السلطان وقد احاطت به جنود هراه والاعوان فاشار
واحد من (34) ابطال صاحب هراه علي
السلطان ان يقتل تيمور ويجعل (35) نفسه فداه وقال
له ما معناه ان افدي المسلمين بنفسي وما لي
(36) واقتل هذا الاعرج ولا ابالي، فلم يجبه الي
اشارته واستسلم لقضاء الله تعالي وارادته وقال
ان لله تعالي تصريفا في عباده ولا بد ان
ينفذ فيهم (37) سهم مراده ولا مفر من القضاء
ولا محيد (38) عما قدر الله تعالي وقضي

واذا اتاك من الامور مقدر وفررت منه
ونحوه تتوجه

وهذا

(34) Ita *Cod. W.* pro بطال unde quoque vulgatum اصحاب abeſt, quod fraudi fuit *Vattierio*, qui بطال accepit pro

nomine

firmatam. Juravitque ei *Timur*, antiquum jus ſe ei conſervaturum fore, neque ſanguinem ejus effuſurum, neque *cutim ſciſſurum*. Exiitque ad eum, & ad eum ingreſſus ſeſe ipſi ſubmiſit, tum urbem ingreſſus *Timur* arcem ejus adſcendit & in ejus comitatu Sultanus, cingentibus eum militibus *Haræ*, & Præſidiariis; tum innuit unus ex integerrimis heroibus Præfectus *Haræ* Sultano necem Timuro ſe illaturum, *ſeque pro ipſo animam ſuam devovere paratum eſſe*, dixitque ei in hunc ſenſum: *redimam Muslemios vitæ meæ & faculta-*
,, *tum mearum periculo*, . *claudumque hunc interficiam nil*
,, *quicquam curans* ,, ſed non annuit ejus indicio, permittens ſe Decreto Dei O. M. ejusque voluntati, dixitque:
,, *Deo O. M. eſt abſolutisſimum dominium in ſervos ſuos*,
,, *nec fieri poteſt*, *quin* ſagitta voluntatis *ejus per eos pe-*
,, *netret*, *neque effugi poteſt decretum*, *nec evitari*, *quod*
,, *conſtituit Deus O. M. & decrevit.*

Quum res quædam fatalis Tibi debet ſupervenire, *dum effugis ab ea*, *eo propius ad eam accedes.*

Neque

nomine proprio Præfecti Harenſis, ſed legendum omnino ابطال

([35]) Conf. de hac phraſi *ad Har.* II. p. 83. & ad *Ham.* p. 326.

([36]) *Cod. W.* اقبال.

([37]) Conf. ad *Ispaban.* p. 6.

([38]) Ita *Cod. W.* pro vulgato عنها.

Digitized by Google

وهذا سر لا بد من ظهوره
فلا تبحث عن حقيقة اموره.

فمن غالب القضا غلب
ومن ناهب الزمان سلب
ومن قاوي تيار المقدور غرق.
ومن استلذ بالغفلة في مشارب اللهو شرق.

وذكر (40) في ذلك الوقت مقالة ابيه له واطلع علي (41) حقيقته ولكن السهم خرج فما امكن رده الي (42) فوقه.

****

ذكر اجتماع ذلك الجافي بالشيخ زين الدين (43) ابي بكر الخوافي

وكان في بعض قدماته خراسان سمع ان في (44) قصبة خواف رجلا قد امنحه الله تعالي الالطاف

(40) *Cod. W.* عند ذلك omiſſa voce الوقت.
(41) *Cod. W.* تحقيقه.
(42) Ita rectius *Cod. W.* pro vulgato فوقته; eſtenim فوق *crena, quæ nervo inducitur, ut ſagitta emitti poſſit*, qua ſimilitudine

Neque poteſt hoc myſterium Providentiæ eventum non ſortiri;
Nec disputandum eſt de veritate juſſorum ejus;
Qui obluctatur Fato, vincitur;
Qui Fortunæ obſiſtit, trahitur;
Qui obnititur fluctibus Decreti, mergitur;
Quique otioſe deliciatur in aquariis ludicris, ſuffocatur.

Tunc meminit, quod Pater ſibi dixerat, ejusque veritatem obſervavit, ſed emiſſa jam ſagitta reduci non poterat ad crenam ſuam.

C A P U T XVI.

Convenit tyrannus iſte Venerabilem Zeineddinum Abu Becrum Chavafenſem.

Cum aliquando veniret in *Chorafanam*, audiit, in oppido ejus *Chauaf* Virum eſſe, cui Deus O. M. eximia dona conceſſerat, Theoreticum & Practicum,

tudine *feram Gajatzeddini prudentiam* eleganter adumbrat Auctor. Conf. de Metaphoris, quas a *Sagittis* innumeras depromit ſtilus ſublimior, ad *Iſpah.* p. 6.

(43) Ex *Cod. W.* addidi ابي بكر in *Ed. Gol.* omiſſum; nomen autem *Chavafenſis* habuit a loco خواف dicto, cujus notitia in margine MS. Gol. his verbis exhibetur خـــواف قصبة كبيرة من اعمال نيسابور بخراسان يتصل احد جانبيها ببوشنج من اعمال هراة والآخر بباخرز يشتمل علي مايتي قرية وفيها ثالث مكان سنجان وشراوند وجرد.

(44) Ita rectius *Cod. W.* pro قصبته in *Ed. Gol.*

الالطاف عالما عاملا كبيرا فاضلا ذا كرامات
(٤٥) طاهرة وولايات باهرة وكلمات زاهرة ومقامات
ظاهرة ومكاشفات صادقة ومعاملات مع الله تعالي
بالصدق ناطقة يدعي الشيخ زين الدين ابو
بكر لطاير اجتهاده في (٤٦) حظيرة القدس اعلا
وكر فقصد تيمور رويته وتوجه اليه وجماعته ،
فقالوا للشيخ ان تيمور (٤٧) قادم عليكم وواصل
اليك يقصد رويتك ويرجو بركتك فلم يفه
الشيخ بلفظه ولا رفع لذلك لحظه ، فوصل تيمور
اليه ونزل عن فرسه ودخل عليه والشيخ
مشغول (٤٨) بحاله علي عادته جالس في
فكره علي سجادته ، فلما انتها اليه قام الشيخ
(٤٩) فاحدودب تيمور منكبا علي رجليه فوضع
الشيخ علي (٥٠) ظهره يديه ، قال تيمور لو لا
ان

(45) Ita malim ex *Cod. W.* pro vulgato ظاهرة quod mox recurrit.

(46) Mendoſe in *Ed. Gol.* خضيرة pro حظيرة in *Cod. W.* eſt enim حظيرة القدس *præcipuus in Paradiſo locus*, longius vero

ſticum, nobili loco natum, eximio ingenio præditum, puriſſima virtute & mira ſanctitate conſpicuum, in quotidiano ſermone promtum & ſplendidum, ſed ſermo ejus præmeditatus in conſeſſibus multo magis excellebat, in doctrina erat fidelis, in commercio mutuo cum Deo ſemper verax, cui nomen Scheich *Zeinaddinus Abu Becr*, *qui alis ſtudii ſui in præcipuo Paradiſi loco ſublimem occupavit nidum*; in ejus itaque conſpectum venire ſatagens Timur ad eum, & ſocios ejus contendit. Cumque *Seni* dicerent: *Accedit ad Te Timurus cupiens conſpectum Tuum, & ſperans benedictionem Tuam*; Senex ne verbum quidem reſpondit, nec oculos elevavit. Cumque ad eum acceſſit Timur, ab equo ſuo ſe demiſit & ad eum intravit; *Senex* vero occupatus in conſueto ſuo ſtatu conſedit meditabundus ſuper tapete adorationis. Cum autem ad eum pervenit, ſurrexit *Senex*, *Timur* vero ſeſe incurvavit prona ad pedes ſuos facie, impoſuitque *Senex* manus dorſo ejus. Dixit *Timur*; *niſi Senex cito manum removiſ-*

„ ſet

vero aberravit *Interpres Gallus*, quando hanc pericopam reddit: *Pour donner bon preſage de la victoire, il montoit au combat avec la compagnie ſancte, puis s'en retournoit.*

(47) Ita rectius *Cod. W.* pro vulgato قادما.

(48) Conf. geminum uſus vocis حال in iſto اماقوامن حالهم p. m. 20.

(49) *Cod. W.* legit فـــــاحـــــــنـــــــوب quod eſt *Conj.* XIII.

(50) Ita recte *Cod. W.* pro vulgato ظهري, quod procul dubio ortum ex eodem hoc vocabulo ظهـــــــري quod in

ſequente,

ان الشيخ رفع يديه عن ظهري بسرعة لخلته
انرض ولقد تصورت ان السماء وقعت علي
الارض وانا (51) بينهما رضضت اشد رض ، ثم انه
جلس بين يدي ذلك المنتخب علي ركبتي
الادب[52] وقال له بالملاطفة في المحاورة علي
سبيل الاستفهام لا المناظرة يا سيدي الشيخ لم
لا تامرون ملوككم بالعدل والانصاف وان
لايميلوا الي الجور والاعتساف ، فقال له الشيخ
امرناهم وتقدمنا بذلك اليهم فلم ياتمروا
فسلطناك عليهم ، فخرج من فوره من عند
الشيخ وقد قامت منه الحدبة وقال ملك
الدنيا ورب الكعبة ، وهذا الشيخ هو الموعود
بذكره . ثم ان تيمور قبض علي ملك هراه
واحتاط علي ما ملكت يداه وضبط ولاياتها
جانبا جانبا وقرر لكل جانب نايبا وتوجه
الي

ſequente mox linea recurrit, unde crebri deſcriptorum lapſus.

(51) Præfero بينهما ex *Cod. W.* vulgato بينما.

(52) *Promtus* &c. ad verbum *ſuper genua bumanioris diciplinæ.*

„ *ſet de dorſo meo, putaſſem, id fuiſſe ruptum ; &*
„ *certe putavi coelum ſuper terram cecidiſſe, meque inter*
„ *utrumque rumpendum fuiſſe maxima ruptione.* Tum adſedit coram viro illo incomparabili (52) *promtus ad disciplinam percipiendam*, dixitque ei adblandiens in colloquio, tanquam diſcendi cupidus, non vero disputans: *ó Domine mi Senex! an nihil præcipitis Regibus*
„ *veſtris de juſtitia & æquitate, & ne deflectant ad*
„ *violentiam & tyrannidem?* Responditque ei *Senex : præcipimus id equidem & ea de cauſa ad eos accedimus ; ſed præcipi ſibi non patiuntur, adeoque ſuper eos Te Dominum conſtituimus.* Simul autem atque a Sene exiit, *erectus* (53) *ſtabat ejus gibbus*, dixitque *Dominus ego mundi ſum per Dominum Caabæ!* Eſtque hic *Senex* idem ille, de quo dicere ſupra promiſſum fuit. Tum in vincula conjecto Rege *Haræ*, intentus cuſtodiendis iis, quæ obtinuerat, & in officio retinendis omnibus ſuis ditionibus conſtituit in unaquaque Vicarium, rediitque Samarcandam cum præda ſua. Sultanum vero in urbe captivum

(53) *Erectus &c.* respicit quidem ad illam *incurvationem Timuri*, quam paulo ante retulerat, ſed ita, ut ſublimiori ſimul ſenſu, *miſſa humilitatis ſpecie elatum nunc erectumque ejus in ſpes ampliſſimas animum* eleganter adumbret. Quæ autem mox ſequitur juramenti formula *per Dominum Caabæ* ſive *Aedis Meccanæ*, non eſt inſolens ; ita e. g. in *Hamaſa* وربّ المسدنة. *Per Dominum Caabæ, cui laxatum præpanditur velum.*

Digitized by Google

الي سمرقند قائلا بما امكنه ، وحبس السلطان
في المدينة واوصد عليه بابها ووكل بحفظه
اصحابها واضاف اليهم اسده الحفاظ الزبانية
الشداد الغلاظ وذلك لعلمه ان لا يريق دمه وان
يحفظ له ذمه فلم يرق له دما واكنه قتله
في الحبس جوعا (54) وظما.

❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁ ❁

ذكر عوده الي خراسان وتخريبه ولايات سجستان ،

ثم عاد الي خراسان وقد عزم علي الانتقام من
سجستان فخرج اليه اهلها طالبين الصلح والصلاح
فاجابهم الي ذلك علي ان يمدوه بالسلاح
واخرجوا

(54) Ita *Cod. W.* pro وضمأ in *Ed. Gol.* qua
de

Digitized by Google

tivum detinuit, *exituque eum prohibuit*, & cuſtodiendum commiſit civibus, quibus adjunxit leones ſuos cuſtodes, ſatellites duros, pertinaces, idque propter jus jurandum ſuum de non effundendo ſanguine ejus, & ſervando ei ſuo privilegio; itaque non effudit quidem ejus ſanguinem, ſed eum fame & ſiti in carcere enecavit

CAPUT XVII.

Redit in Choroſanam, vaſtatque Ditiones Segeſtanæ.

Dein in Choraſanam rediit certo cum propoſito vindictam ſumendi a *Segeſtana*, cujus incolæ exierunt ad eum petentes ab eo pacem, atque ut de compoſitione ageretur, quam & iis conceſſit ea lege, ut arma ſibi traderent, quorum & omnem, quem penes

de voce conferri poteſt *Rev. Lette in Caab.* p. 108.

Digitized by Google

واخرجوا اليه ما عندهم من عدة ورجوا بذلك الفرج من (55) تلك الشدة فخلعهم وكتب عليهم قسامات بالغة ان مدينتهم غدت من السلاح فارغة، فلما تحقق ذلك منهم وضع السيف فيهم فاضاف بهم جنود المنايا (56) عن بكرة ابيهم، ثم خرب المدينة فلم (57) يبق بها شجر ولا مدر ومحاها فلم يبق لها عين ولا اثر، ورحل عنها وليس بها داع (58) ولا مجيب وما فعل ذلك بهم الا لانه اولا منهم اصيب، وذكر لي الشيخ الفقيه زين الدين عبد اللطيف بن محمد بن ابي الفتح الكرماني الحنفي نزيل دمشق بمدرسة (59) الجمقية في سنة ثلاث وثلاثين وثمان مائة ان الذين تخلصوا من القتل من اهل سجستان بهزيمة او (60) عتيمة اوبنوع لطيفة من الله تعالي (61) المنان لما تراجعوا اليها بعد رجوع تيمور عنها ارادوا ان

(55) Deëſt تلك in *Cod. W.*

(56) Ita infra p. 117. l. 3. *edit. Gol. perdet eos* عن بكرة ابيهم pro *ad unum omnes;* eſt Proverb. locutio, de qua conf. *Boch. Hieroz.* P. I. p. 83. & *Gol. Lex.* in voce بكرة

penes ſe habebant apparatum, ad eum produxerunt ſperantes hac ratione evaſionem ex iſta anguſtia; adegitque eos ad jusjurandum, præſcribens iis, ut expreſſe jurarent, nulla amplius in urbe ſua reliqua eſſe arma. Quod ſimul ac præſtiterant, gladium in eos immiſit, *copiasque mortium apud eos ad unum omnes hoſpitari fecit.* Tum vaſtavit urbem non relinquens in ea arborem, neque murum, funditusque eam delevit, nullo ejus relicto indicio, nulloque veſtigio. Quumque inde abiit, *nemo* in ea ſuperſtes fuit *vivus;* ea vero ratione cum iis non egit, niſi, quoniam prius ab illis fuerat læſus. Narravit mihi Senex Legis peritus *Zeineddinus Abdallathif Fil. Muhammedis Fil. Abil Fathæ Carmanienſis* (Secta) *Hanifæus*, *Damaſci* degens in *Collegio Gjakmakienſi*, Anno 833. eos ex civibus *Segeſtanæ*, qui e cæde ſe proripuerunt fuga, ſive noctis ope, ſive ſpeciali gratia Dei Altiſſimi, Munificentiſſimi, cum ad eam rediiſſent, poſt abitum *Timuri*, & vellent ibi conven-

(57) *Cod. W.* بين a بنا, quod videtur præferendum, mox enim redit يبق.

(58) Proprie *non fuit vocans*, *neque exaudiens*, ſive *reſpondens;* cujusmodi verbis oppoſitam habentibus ſignificationem Orientales ſolent quoscumque ſine diſcrimine homines indicare.

(59) Ita vocatur a Fundatore ſuo *Malek Al Aſchraf Giakmak* decimo Sultano *Mammeluccorum.*

(60) *Cod. W.* غيبة.

(61) In *Cod. W.* deëſt المنان.

ان يجتمعون بها فاضلوا يوم الجمعة وما اهتدوا اليه حتي ارسلوا الي كرمان من دلهم عليه

ذكر قصد ذلك الغدار ممالك سبزوار وانقيادها اليه وقدوم واليها عليه

ثم لما اثار (62) بسجستان ما اثار قصد بعساكره مدينة سبزوار وكان واليها يدعي حسن الجوري مستقلا بالامارة وهو (63) رافضي فما امكنه الا الاطاعة واستقباله من الهدايا والخدم بما استطاعه فاقره علي ولايته وزاد في رعايته. وكان من عادة تيمور وفكره انه كان في اول امره اذا نزل باحد مستضيفا استنسبه وحفظ اسمه ونسبه وقال له اذا (64) بلغك اني استوليت وعلي الممالك استغلبت فانني بعلامة كذا فاني اكافيك اذا فلما انتشر ذكره وشاع

(62) Ita *Cod. W.* pro سجستان absque præpoſitione in *Ed. Gol.*

(63) Idem eſt *Raphidhita*, a رفض *abdicavit, reſpuit*, qui alias

ventus ſacros celebrare, oblitos *Diei Veneris*, neque eum edoctos fuiſſe, donec miſſus ad Carmaniam nuntius eum illis indicaverit.

C A P U T XVIII.

Pergit iſte perfidus ad Ditiones Sebzuarienſes, quæ ſe ei ſubmittunt, quarumque Princeps ei obviam venit.

Dein ſumta iſta *a Segeſtana* ultione, perrexit cum exercitu ad urbem *Sebzuar*, cujus Præfectus nomine *Haſſan Gaureus*, qui ſibi dominium arrogaverat, eratque *Raphidita*, non potuit, niſi ſe ei ſubmittere, eique offerre dona & mancipia, quantum poterat; confirmavit itaque eum in præfectura ſua, imo auxit ejus ditionem. Ferebat autem *Timuri* conſuetudo & prudentia in initio imperii ſui, ut, quum apud aliquem hoſpitaretur, eum de genealogia ſua interrogaret, ejusque nomen & ſtirpem notaret, eique diceret: *quando perceperis,* „ *rerum me potitum, meque ad imperium eſſe evectum? veni* „ *ad me cum hac teſſera, & ego Tibi largiſſime repenſabo*". Simul

alias *Schiita* dicitur, ſive, qui *Alim ejusque Poſteros pro legitimis habet Chaliphis, rejecto Abu Becro, Omaro & Othomano.*

(64) Vulgo legitur ابلغك sed malo cum *Cod. W.* جلغك quod abſolute ſolet poni pro *nuntiatum fuit.*

وشاع امره وفشي في الدنيا (٦٥) خبره وخبره هرعن الناس بالعلايم اليه ووفدت (٦٦) من كل فج عميق عليه وكان ينزل كل احد منزلته ويجعله مرتبته.

ذكر ما جري اذاك الداغر في سبزوار مع الشريف محمد راس طايفة الدغار

وكان في مدينة سبزوار رجل شريف من الشطار يدعي السيد محمد (٦٧) السربدال ومعه (٦٨) من الرجال كلهم دغار يسمون السربدالية يعني الشطار

(65) Ita ex *Cod. W.* legendum puto pro خبره ad eandem rationem, qua infra ſub initium Cap. XXXV. خبر geminatur.

(66) Locutio eſt *Corani Sur.* XXII: 28. pro *undiquaque ex locis remotioribus.*

(67) Perſicæ originis vox eſt, quæ ſcribi alias ſolet السربدر, quod nominis adhæſit Dynaſtiæ duodecim Principum. qui *urbis Sebzuar aliorumque vicinorum locorum in Choraſana* dominium ſibi vindicatum per 35 aut 40 annorum ſpatium duntaxat obtinuerunt. Quid vero ſibi velit agnomen *Sarbedar*, optimum habemus

Digitized by Google

Simul itaque ac divulgata fuit ejus fama, & palam evaſit ejus imperium, & res ejus geſtæ mundo innotuerunt, ad eum properarunt homines, teſſeras iſtas adducentes, & omnes *longinqui* ad eum advenerunt, & collocabat quemque in ſtatione ſua, & cuique aſſignabat ſuum gradum.

CAPUT XIX.

Quid egerit iſte ſceleſtus in urbe Sebzuar cum Nobili Muhammede capite factionis ſceleſtorum.

Fuit in urbe *Sebzuar* vir nobilis ex *rebellibus*, nomine *Seïd Muhammed Sarbedarita*, ejusque ſocii omnes ſceleſti, qui dicuntur *Sarbedaritæ*, ſive *ſeditioſi*. Fuitque hicce

habemus interpretem *Herbelotium*, cujus verba cum mirifice faciant ad hujus loci intellectum, adſcribere non dubito ex *Bibl. Or.* p. 759. „ *L'origine de ce nom, qui eſt Perſien,* „ *vient de ce que le premier de cette Famille, ou Dynaſtie, a-* „ *yant ramaſſé pluſieurs gens ſans aveu, exciterent une grande* „ *ſédition contre le Gouverneur de cette Province, & attacherent* „ *pour ſignal de leur revolte, pluſieurs bonnets ou Turbans aux* „ *fourches publiques, ce qui eſt exprimé par le mot Perſien com-* „ *poſé, qui ſignifie: Des teſtes ſur la Potence.*

(68) Addit *Cod. W.* جماعة.

الشطار وكان هذا السيد رجلا مشهورا
(٦٩) بالماثر والفضايل مذكورا، فقال تيمور علي
به (٧٠) ما جيت الا بسببه وقد كنت (٧١) متشوفا
اليه ومتشوقا بعلم ما لديه، فدعوه له فدخل
عليه فقام اليه واعتنقه وقابله ببشرة منطلقة
واكرمه وادناه وقال (٧٢) له في جملة فحواه يا
سيدي السيد قل لي كيف استخلص ممالك
خراسان واحويها (٧٣) واني احوزها ادانيها
واقاصيها وما ذا افعل حتي يتم لي هذا الامر
وارتقي هذا المسلك الصعب الوعر، فقال له
السيد يا مولانا الامير انا رجل فقير وقبير
(٧٤) من ال الرسول من اين انا وهذا الفضول
واني وان قيل لي شريف رجل عاجز ضعيف
لا طاقة لي بموارد الهلك ومن انا حتي
لتشاوف لمصالح الملك ومن داخل الملوك ان خارجهم
لو عارضهم في امورهم لو مازجهم كان
كالعايم

(٦٩) الماثر pl. fr. a ſing. المأثرة ex origine ſua *notas coruſcas impreſſas* denotat, atque hinc quaſcumque

hicce *Seid* vir *dotibus inſignibus* celebris, eximiisque virtutibus inclytus. Dixit itaque *Timur: adduc mihi eum; non ve-*
„ *ni, niſi ejus cauſa, jam enim eum videre optavi, &*
„ *flagravi deſiderio dotes ejus propius cognoscendi* „. Eum ergo vocaverunt, cui intranti adſurrexit, collumque ejus amplexus exporrecta hilarique fronte eum excepit, eumque honoravit, propiusque ad ſe adduxit, dixitque ei ſummatim in hunc ſenſum: *ô Domine mi Seide!*
„ *dic mihi, qua ratione mihi vindicabo regna Choraſanæ,*
„ *eaque occupabo, & quomodo obtinebo propiores ac re-*
علي من بقي لهم، فلم يحر جوابا ولا ابدا
خطابا ثم مال بعنان فرسه عليهم ولم يظهر انه
بصر بهم ولا نظر اليهم ومالت معه تلك الجنود
والعساكر حتي (75) اتي منهم علي الاول والاخر
فجعلهم (76) طعمة للسنابك ودقة تحت اقدام
اوليك، ثم جمع الاموال واوسق
الاحمال ومال راجعا الي سمرقند
بما قد نال، وكم بين هذه الامور والقضايا
من دواه وبلايا واخبار وحكايا وتجهيز سرايا
وتولية

equitans cum Timuro pervenit cum eo ad illos parvulos, quos præteriens dixit: *adſpice, o Domine! oculo miſericordiæ, quali Deus reſpicit ad eum, qui miſericordia indiget.* Quærentique: *quinam iſti abjecti, miſeri?* respondit: *ſunt infantes innocentes, & turba miſericordia indi-* „ *gentium & ſacroſanctorum; parentes eorum cædes ab-* „ *ripuit, & deſcendit ſuper honoratos & abjectos eorum* „ *ira Domini noſtri Imperatoris, nunc vero miſericordiam* „ *obſecrant per clementiam Tuam Regiam, ſuamque tenui-* „ *tatem, & deprecantur coram Te per ſuam vilitatem,* „ *debilitatem, orbitatem, paupertatem, & calamita-* „ *tem, ut miſerearis vilitatis eorum, & parcas eorum* „ *reliquis.* Et nihil respondit, nullamque emiſit allocutionem, ſed egit equum ſuum in illos, ac ſi eos non vidiſſet, atque itidem cum eo copiæ illæ & exercitus, donec *omnibus ad unum ſupervenit*, & eos poſuit escam ungulis equinis, & ſub eorum pedibus contrivit. Collectis dein opibus, ſarcinisque & bonis jumentis impoſitis cum præda ſua *Samercandam* rediit. Quot vero inter hæc negotia & fata adflictiones & ærumnæ contigerint, & hiſtoriæ, miſſio cohortium, & præfectio, & remo-

(74) Ita *MS. Leid.* neque enim ſtare poteſt vulgatum مرجومون *exſecrabiles diris devoti*, uti *Caco-dæmon* plus ſemel in *Alcorano* رجيم dicitur. Pro ſequente autem استجر malim استعر *arſit*, quippe quod verbum de *vehementi cæde* ſolet frequentari.

(75) Frequens eſt formula *venit ſuper aliquem* pro *penitus perdidit*, quam exemplorum copia inſtruxit *Cl. Schult. ad Excerpt. ex Iſpab.* p. 8.

(76) *Edit. Gol.* exhibet طعمة, ſed *MS.* طعمة quod appoſitiſſimum huic loco.

Digitized by Google

وتوابة وعزل وابران هزل صورة (77) جد
وجد في صورة هزل وبناء وهد وصد ورد
وتعمير (78) خراب وتخريب عامر وتهاون
وتعان وانحراف وتوان ومباحثات مع علماء
ومناظرات مع كبراء ورفع وضعا ووضع
شرفا وتمهيد قواعد وتقريب اباعد وتبعيد
اداني وبروز مراسيم الي كل قاص وداني
الي (79) ذلك مما لا يكاد يحصر ولا يضبط بديوان
ولا دفتر.

❊ ❊

ذكر ضبطه طرف المغل وجتا وما صدر منه في تلك الاماكن وانا،

ولما وصل الي سمرقند ارسل ابن ابنه محمد سلطان
بن (80) جهانكير مع سيف الدين الامير الي اقصي
ما تبلغ اليه مملكته وتنفذ فيه كلمته وهو
وراء

(77) Pro حد in *Ed. Gol.* legendum omnino جد *alacritas*, quippe contrarium præcedenti هزل

(78) Loco جراب ونعتريب quod mendoſe praefert *Edit. Gol.* ſubſtituendum eſſe خراب ونخريب oppoſitionis ratio, quam captat auctor, ſatis evincit.

(79) Legendum puto الي غير ذلك.

Digitized by Google

motio a provincia, & quantum produxerit jocoſi ſub ſpecie ſerii, & ſerii ſub ſpecie jocoſi, ædificaverit, & diruerit, impediverit & dimiſerit, quot loca vaſtata excoluerit, & culta vaſtaverit; quot deſpectos, & honoratos fecerit, & mutationem fortunæ ſubire fecerit, ac æqualem ſortem, & conſultationes cum Eruditis & contentiones cum Magnatibus, elevatio humilium, depreſſio nobilium*, latio legum politicarum, adductio rerum longinquarum, remotio rerum propinquarum, & promulgatio edictorum apud quoſcumque remotos & vicinos, præter alia hujus generis, ex iis ſunt, quæ vix poſſint recenſeri aut ſervari in Tabulis Publicis.

C A P U T XXXI.

De ſtationibus militaribus, *quas* Mogolis *&* Getis *impoſuit*, *rebusque ejus geſtis in iſtis regionibus.*

Cum *Samarcandam* venit, miſit Nepotem ſuum *Muhammedem Sultanum Fil. Gibanchiri* cum *Seipheddino* Duce ad extremos ſui juris & imperii fines, ſcilicet ultra *Jaxartem*

(10) In *Edit Gol.* corrupte legitur جهانكبر, GIHANGIR *domitorem mundi* ſignificat; vide ſupra ad p. m. 144., isque titulus *ab hoc Timuri Filio ad Mogolorum Indorumque Reges* tranſiit.

وراء سيحون شرقا سوا اخذا في (٤١) نحو ممالك
المغل والجتا والخطا نحوا من مسيرة شهر عن
ممالك ما وراء النهر فمهدوا هنالك الوهون
والبقاع .وبنوا فيه جملة من القلاع واقصاها بلد
يسمي اشبارة فبنوا فيه حصنا حصينا معدا للنهب
والغارة وخطب من بنات الملوك ملكة اخري
وكانت الاولي تدعي الملكة الكبري
والاخري الملكة الصغري ءاجابهم ملكهم الي
ما سال واناب الي ما طلبه منه بالاطاعة
وبذل ، وارتجت منه اقاليم المغل والخطا
وذلك لما بلغهم مما فتك في كل طرف
وبتك من بلاد الاسلام وسطا وكان السفير
في ذلك ابنه وسيف الدين المذكور وهو
الذي استخلص اموال دمشق ونزل في دار
ابن (٤٢) شكور ، وامر تيمور ببناء مدينة علي
طرف سيحون من ذلك الجانب وعقد اليها
جسرا علي متن النهر بالمراسي والمراكب
وسماها شاه رخية وهي في اماكن رخبة ،
وسبب

Jaxartem in Orientem usque ad aditus Regnorum *Mogolorum*, *Getarum* & *Chataeorum* itinere fere menſis a Regionibus *Transoxianae*, ibique complanatis vallibus locisque depresſioribus plures arces exſtruxerunt, quarum remotiſſima fuit urbs nomine *Asbara*, in qua ædificarunt ærcem inexpugnabilem, ad prædandum & populationes præparatam, petiitque ex Filiabus Regiis Reginam alteram; quæ autem prima eſt, vocabatur *Regina major;* altera vero *Regina minor*, annuitque illis Rex eorum ad petitionem ejus concedens, quod ab eo rogabat, obſequioſe & humiliter. Metus autem ejus invaſit climata *Mogolorum* & *Chataeorum*, & quidem poſtquam perceperunt violentias, quas ubique commiſerat, & quod ſuccideret ex omnibus regionibus Islamismum, & dominaretur; fuitque ejus rei internuntius *Nepos* ejus, & *Seiphe ddinus* laudatus, idem ille, qui opes Damasci deprædatus eſt, hospitatus in ædibus *Ibn Mascuri.* Jusſitque *Timur* exſtrui urbem in ripæ *Jaxartis* parte citeriori, eique annexuit pontem ſuper dorſum fluminis cum anchoris & cymbis, quam appellavit *Sja Ruchiam*, quæ ſita quoque fuit in locis ſpatioſis. Cauſa autem, ob quam Filium ſuum *Sjah Ruch* hoc nomine

(81) Corrupte vulgo legitur يحور pro نحور *venæ jugulares*, *colla*, quæ noſter ſæpius *regionibus* tribuit; v. locum, quem ex *Deliciis Chalipharum* laudavit *Cl. Schult. ad Harir.* 1: 84.

(82) Infra vocatur مسكور & ſic quoque legit *Vatt.*

وسبب تسمية ابنه شاه رخ بهذا الاسم ووسم هذه المدينة بهذا الوسم انه كان علي عادته مشغولا بلعب الشطرنج مع بعض حاشيته وقد امر ببناء هذه المدينة علي هذا الساحل وكانت احدي حظاياه معه وهي حامل فرمي علي خصمه (**) شاه رخا فذيل خصمه اذلك وارتخي وبينما خصمه قد وقع في الاين فاذا بمبشرين جاءا مخبرين احدهما يبشره بولد والاخر يبشره بتمام عمارة البلد فسماهما بهذين الاسمين ووسمهما بهذين الوسمين.

ذكر عود ذلك الافعوان الي ممالك فارس وخراسان وفتكه بملوك عراق العجم واستصفايه تلك الولايات والامم،

ثم عاد بعد تمهيد البلاد وتوطيد قواعد ممالك تركستان

ne inſigniverit, itemque urbem hanc, fuit, quod, cum eſſet occupatus pro more ſuo in *Sjahiludio* cum quodam ſuo domeſtico, jamque ante præcepiſſet urbem hanc exſtrui in hac ripa, eique adeſſet quædam ex ejus concubinis gravida, oppoſuerit adverſario ſuo [89] *Sjah Ruch*, unde ejus adverſarius debilitatus fuit & enervatus; dumque hic ad incitas fuit redactus, ecce duo nuntii præſto ſunt, quorum unus natum ei Filium nuntiabat, alter abſolutam urbis exſtructionem; ideoque utrumque his nominibus appellavit, & hiſce notis inſignivit.

CAPUT XXXII.

Redit haec vipera in Provincias Perſiae & Chorasanae, & opprimit Reges Irakae Perſicae, & bonis omnibus has ditiones & pulos exhaurit.

Dein poſtquam ordinaverat regiones, & legibus inſtruxerat Regna *Turkeſtanae*, rediit ad Regiones Choraſanæ, eique obviam proceſſerunt Reges & Duces Sultanique

[89] شاه رخ Terminus artis eſt ex *ludo latrunculorum*, in quo imago quædam ludicra Orientalibus vocatur رخ *Camelus*, uti videtur, *Dromas*, conf. *Hyd. de Ludis Or. lib.* 1. p. 113. *Sqq.* & Fabric. Spec. Arab. p. 44.

تركستان الي بلاد خراسان فاستقبله الملوك
والامراء والسلاطين والوزراء وسارعوا اليه من
كل جانب مما بين راجل وراكب ملبين
دعوته حاضرين سطوته مغتنمين خدمته وسلوه
الانجاد والاغوار (84) والاوطاد والقفار والقرى
وسكانها والذرى وقطانها والقلاع
(85) العاصية وربطوا بذيل امره كل (86) ناحية
متمثلي اوامره مجتنبي زواجره عاقدي نطاق
عبوديته بانامل الاخلاص تابعي رايد مرضاته
(87) نجايب الولا والاختصاص فمنهم جمع
نكره من (88) المطيعين ومن كانوا في
الشواهق

(84) Legendum omnino judico والاطواد *montes*, quemadmodum infra p. 71. *Ed. Gol.* etiam legit *MS. Gol.* pro اوطادها & ita quoque *Vatt.* quippe qui reddit *les montagnes*.

(85) Proprie *arces rebelles* qua de phraſi conf. *Cl. Schult. Animadv.* p. 245.

Sultanique, & Vezirii, & properarunt ad eum tam pedites, quam equites, vocationi ejus obtemperantes, potentiamque ejus formidoloſam metuentes, pro præda opima habentes obſequium ei præſtare, eique tradiderunt loca alta & depreſſa, *montes* & ſolitudines, oppida eorumque cives, & caſtra cum ſuis incolis, *arcesque munitisſimas*, *& alligarunt fimbriis imperii ejus omnes antias*, ad juſſa ejus ſe componentes, ab iis contra, quæ vetaret, ſollicite caventes; alligantes ſubligaculum ſervitii ejus digitis ſinceræ ſubmiſſionis; *ſequentes ductorem beneplaciti ejus ſuper dromadas ſubjectionis & dedicationis*, atque inter eos omnes illi, quos memoravi ſeſe ſubjeciſſe, & qui in montibus inaccesſis ſeſe defenderunt,

(16) Lego ناصية *coma propendula*, *antiæ*, *ob Kaſiam*, ut respondeat præcedenti العاصية eſtque longe elegantius *alligarunt omnes antias fimbriis imperii ejus*, venuſtiſſima enim & frequens Arabum phraſis eſt *prehenſas tenere antias alicujus*, pro *ſummam in aliquem vitæ necisque poteſtatem habere*, ita de Deo *Cor. Sur.* XI. 56. *Nullum eſt animal, quin Deus teneat antias ejus.* Conf. *Harir. Conſ.* I. p. 16. Ceterum & *antiæ* in hoc catalago notare poſſunt *munimenta limitanea.*

(17) Pro جنايب in *Edit. Gol.* cum *MS.* lego نجايب *optimæ indolis dromadas*, etſi alterum illud defendi quoque poteſt.

(18) Ita pro voce nihili المطعبن in *Edit. Gol.* cum *MS.* legendum puto, ſenſu tunc exeunte optimo. *Vatt.* dedit *ceux mesmes. qui faiſoient les reveſches.*

الشواهق ممتنعين منيعين ومن جملتهم اسكندر
(٨٩) الجلابي احد ملوك مازندران وارشيوند
السفارسكوهي ذلك الأسد الغضبان صاحب
الجبال والشوامخ العاصية القلال وابراهيم القمي
صاحب (٩٠) النجدة والمعد لكل شدة واطاعه
السلطان ابو اسحق من سيرجان فاجتمع عنده
من ملوك عراق العجم سبعة عشر نفرا ما بين
سلطان وابن سلطان وابن اخي سلطان كلهم
في ممالكه ملك مطاع مثل سلطان احمد اخي
شاه شجاع وشاه يحيي بن اخي شاه شجاع
سوي ملوك مازندران وسوي ارشيوند
وابراهيم وملوك خراسان، ولما سلك السلطان
ابو اسحق نمط اقاربه في الطاعة وعمل على
ذلك (٩١) الطرز خلف ببلده سيرجان نايبا يقال له
كودرز فاتفق في بعض الأيام انه اجتمع عند
تيمور هولاء الملوك العظام فكانوا عنده في خيمة
له

(89) Infra p. 72. l. 5. *Ed. Gol.* ſcribitur rectius جلالي & ita quoque *Vatt.*

defenderant, & ſpeciatim *Iskander Galalæus* unus ex Principibus *Mazendranæ*, & *Arſchiund Alpharis-Coubæus* leo ille iracundus, poſſeſſor montium, & verticum cacuminibus ſuis inexpugnabilium, nec non *Ibrabim Komaeus* vir animoſus, & ad quævis pericula paratus; moremque ei geſſit *Abu Iſaäc Sultanus Sjirgjani;* & convenerunt ad eum ex *Principibus Irakæ Perſicae* ſeptemdecim Viri, Sultani omnes, aut *Filii Sultani*, aut *Fratris Sultani Filii*, quorum quilibet in ſuis ditionibus Regia pollebat auctoritate: nempe *Sultan Ahmed* Frater *Sjabi Schegiae*, & *Sjab Jebia* Filius Fratris *Sjabi Scheghiae*, præter Principes Mazendranæ & præter *Arſchiundum*, & *Ibrahimum*, Principesque *Choraſanae.* Cumque *Sultan Abu Ahmed* eadem forma cum propinquis ſuis in obſequio præſtando procederet, eodemque modo ageret, vicarium conſtituit in urbe ſua *Sjirgan*, nomine *Coudran.* Acciditque die quadam, ut, dum erant apud *Timurum* Reges hi Magni, & quidem in ejus tentorio,

(91) Pro الطرن apud *Gol.* quod in mendo manifeſto jacet, unice hic quadrat الطرز *forma*, *ſimilitudo* v. p. 125. *Ed. Gol.* ut ita respondeat præcedenti النمط *Stragulum*, & ſpeciatim *operimentum laneum*, quod *pilento*

Digitized by Google

له وهو بينهم وحده فاشار واحد منهم شاه يحيي وقد امكنت الفرصة ان يقتله عن العالم هذه الغصة فاجابه بعض وامتنع بعض وقال لمن نرضي بذلك من السلطان احمد لم يرض ان لم تكفوا وعن هذا المقال تعفوا لخبرته بهذه المقالة واطلعته علي هذه الحالة فامتنعوا عن هذا الراي المتين والفكر الرصين لاختلافهم ولا يزالون مختلفين وكانه طالع احوالهم او تفرس اقوالهم (٥٤) فاسرها في نفسه ولم يبدها لهم، ثم مكث اياما وجلس للناس جلوسا عاما وقد لبس ثيابا حمري ودعي هولاء الملوك السبعة عشر طرا ثم امر فقتلوا جميعا في ساعة واحدة صبرا، ثم لما ابادهم ضبط بلادهم وجمع طريفهم وتلادهم وقتل اولادهم واحفادهم فاقام في ممالكهم اولاده وامراءة واحفاده واسباطه واجناده وسبب قتله هولاء الملوك وفتكه وتمزيقه ستر حياتهم وهتكه ان بلاد العجم

tentorio, ubi ſolus inter eos erat, innuerit aliquis eorum *Sjabo Jebiae*, data occaſione, ut obtruncaret eum, tolleretque e mundo ærumnam hanc præfocantem, cui annuerunt alii, repugnarunt alii; dixitque iis, qui probabant, *Ahmed* e Sultanis, qui non probabant: *niſi vosmet contineatis, atque abſti-* „ *neatis ab hoc ſermone, hoc dictum ei indicabo, deque* „ *hoc ſtatu eum certiorem faciam;* repulſi itaque fuerunt a ſolido hoc conſilio, & prudenti intentione per ſuam diſſenſionem, neque deſierunt controvertere; ille vero erat, ac ſi eſſet Horoscopus ſtatus eorum, aut ſermones eorum ex ſignis phyſionomicis obſervasſet, ſed id ſecum celavit, neque iis palam fecit. Dein poſt aliquot dierum moram publice jus dedit *veſte rubra indutus*, & hos ipſos ſeptendecim Principes arceſſivit, quos ſimul omnes violenta morte interfici jusſit. Quibus ita perditis occupavit eorum ditiones, opesque eorum recentes & avitas collegit, filios eorum occidit, & præfecit Regnis eorum ſuos Filios, Duces, Affines, Nepotes, & milites; cauſa vero, ob quam Reges hos interemit, atque oppresſit, vitæque eorum velum laceravit, & disrupit, fuit, quia Regiones Perſarum non vacabant

lento camelino ſuper injicitur, unde frequenter, uti in noſtro loco, de *forma & ratione agendi* adhibetur, q. d. *eodem ſtragulo cum aliis uti.*

(92) Ex *Cor. Sura Joſeph* ſive XII: 77.

Digitized by Google

العجم كانت لا تخلوا عن الملوك الاكابر
ومن ورث الملك والسلطنة كابرا عن كابر
وهي ممالك واسعة اطرافها شاسعة مدنها
وافرة وقراها متكاثرة واوتان لوتادها
راسخة وعرانين (93) اوطادها شامخة ومخدرات
قلاعها ناشزة ومضمرات مكامنها ومعادنها
غير بارزة (94) كواسر اكاسرها كاسرة
ونواشر جوارحها للظهور ناشرة ونمور
دغارها طامرة (95) وببور شطارها ظافرة
وصعابين ابطالها في جداول الجدال ظاهرة
وتماسيح (96) اقبالها في بحار الضراب قاهرة
فنظر تيمور بعين بصيرته في (97) ونيلة تامله
ومراة

(93) Et hic ex *MS. Gol.* ut ſupra ſub initium hujus *Capitis*, legendum اطوادها.

(94) *MS. Leid.* كواشر *dentes* proprie *ringentes*.

vacabant magnis Regibus, iisque, qui Regnum & Sultanatum continua ſucceſſione poſſiderent: late enimvero patet hoc Regnum, ejus fines longe ſunt disſiti, urbes copioſæ, oppida numeroſa, paxilli montium alte pacti, & naſi prominentes montium ejus in cœlum erecti, & *intactae virgines arcium* alte evectæ, theſauri reconditoriorum & fodinarum ejus non prodeuntes, aquilæ Cosroum ejus frangentes, vulturum ejus alæ ad imminendum expanſæ, & prædonum ejus pardi inſilientes, vagorum ejus *tigrides* victorioſæ, baſiliſci heroum ejus in rivis dimicationis conſpicui, & crocodili *Imperatorum* ejus in maribus bellicis prævalentes; vidit itaque *Timur* oculo perſpicaciæ ſuæ in ſpeculo contemplationis ſuæ, & prudentiæ ſuæ, *puram*

(95) Aliena ab hoc loco eſt vox تبور ut eſt in *Ed. Gol.* pro qua legendum videtur ببور *Tigrides* ſive *Leopardi.*

(96) Pro افيال *elephanti* ex *MS.* repoſui اقيال *Dictatores*, *Imperatores* (de quibus v. *Pocock. Spec. H. A.* 66. quocum conferenda, quæ monuit *Cl. Schult. ad Monum. Vetuſt. Ar.* p. 13.) neque enim quis facile tulerit *crocodilos elephantorum.*

(97) Mendoſe in *Edit. Gol.* exſtat وديلة, cujus in locum reſtituendum fuiſſe وذيلة *ſpeculum* extra dubium collocat mox ſequens συνώνυμον مراة.

ومـــــراة فكره فراي انه لا (٩٨) يتركوا له ورد
عارضها من شوكة عارض ولا يصفـــوا ورد
ثغر فايضها من شارب معارض ولا يثبت لــــه
فـــي بـــستان ممالكها اساس يحكم ولا ينبت
له في بستان ممالك عراس ينعم وكان قـــصده
ابـــقـــاء (٩٩) مبانيها واجراء اموره علي ما اقتضته
التورة الجنكيز خانية فيها فلم يمكنه عـــمـــل
فـــلاحـــة سلطنته في بسط ارضها وسوق انهار
اوامره في ضرايب ممالك طولها وعرضها الا (١٠٠) بقلع
علايق انســاب اكـــابـــرها وكسر (١) قراي
اخشاب احساب اكاسرها فسعي في استيـــصـــال
(٢) فرعهم

(98) Pulcerrimos elegantiæ Orientalis floſculos hic ſpargit noſter; loquitur enim de *Perſia* ſub imagine *formoſæ virginis*, cujus *tractus amœnos* occupare, liberamque ſibi poſſeſſionem firmare non poſſet *Tamerlanus*, niſi deletis antiquæ nobilitatis Proceribus, quos tanquam totidem rivales metuendos haberet. Venuſtus ſpeciatim luſus eſt in utraque vocis ثـــغـــر notione, quippe quæ tum *ipſum os* tum & *regionis locum inter montes anguſtiorem hoſtico confinem*, qui ſimul

puram ſibi non fore roſam maxillae ejus a ſpina opponentis, neque aquationem oris ipſius ſuaviſſimi integram ſibi fore a myſtace adverſantis, ſibique in fundandis regnis hisce ſolidum defore fundamentum, neque in horto regnorum ejus ſibi plantam amœnam germinaturam; erat vero intentio ejus relinquere ædificia ejus, ſuumque ibi promovere imperium juxta id, quod *religio Gingizchanica* exigebat; non potuit autem exercere *agriculturam Sultanatus* ſui in late patente ejus terra, neque *fluvios imperiorum ſuorum emittere per tractus Provinciarum longe lateque, niſi evellendo rubos ſtirpium Magnatum* ejus, *& confringendo fibrillas dignitatum truncorum Coſroum* ejus, itaque incubuit *eradicando ramo ſimul & radici*

ſimul *propognaculum* ſit, denotat, adeo ut *aquatio illius oris* ſive *conſuetudo* cum virgine petita, ſimul *locorum firmorum ſecuram occupationem* complectatur, Conf. *Cl. Schult.* ad *Har.* II p. 56.

(99) Pro مباينها ex *MS.* repoſui مبانيها *ædificia.*

(100) Ita *MS.* pro يقلع quod ob ſequens وكسر præſtat, niſi quis illud etiam legere malit ويكسر.

(1) قرامي ſi quidem ſana ſit hæc lectio, repetendum a قرام quod ſignificat *notam inſectam cutis*, item *acupictura veriegatum Velum* & ſimilia, vix aptius videtur exponi poſſe noſtro in loco, quam per *fibrillas.* Conf. *de* hac voce *Cl. Schult. ad Ham.* p. 597.

(2) Gemina ratione in ſacris literis plus ſemel *internecina*

فرعهم واصلهم واجتهد في اهلاك جرثهم ونسـاـهم
وجعل لا يسمع لهم (3) مبرزة نقطة في ارض
رحم الا قلعها ولا يشم منهم رايحة زهرة في كم
(4) كمين الا قطعها ، وقيل انه (5) كان في مجلس
فيه اسكندر الجلالي وكانه كان مجلس
نشاط ومقام انشراح وانبساط فسال اسكندر
في ذلك المحضر وقال ان حكم القضاء باوسان
بنيتي من تراه يتعرض لاولادي وذريتي فاجابه
وهو في حالة (6) للشطح وقد خلت عليه
دماغه ووضع سراج العقل منها فوق السطح
(7) اول من ينازع اولادك (8) المشايبم انا
وارشبوند

ternecina ſtrages depingitur. Conf. *Mal.* IV: 1. & *Jeſ.* XIV: 30.

(3) Mendoſe apud Golium legitur مبرزة; eleganter autem adhibet noſter verbum سمع *audivit*, quia tyrannum concipit ita attentum, *ac ſi audiret vel leviſſimum germinationis indicium.*

(4) كمين. Ita quoque *MS.* ſed malim, quod & Cl. *A.* *Schul-*

dici eorum, omnemque adhibuit operam, ut *funditus eos perderet*, nec obſervabat vel minimum punctulum ex iis *progerminans* in *terra uteri*, quin evelleret; nec olfaciebat de iis odorem floris in calyce adhuc involuti, quin præcerperet. Diciturque conſeſſum habuiſſe, ubi aderat *Alexander Galalæus*, &, cum eſſet converſatio hilarior & conſeſſus jucundior liberiorque, rogaſſe *Alexandrum* in iſto conſeſſu in hæc verba: *ſi ſtatuerit de-*
„ *cretum deſtruere ſtructuram meam*, *quosnam putas adver-*
„ *ſaturos Filiis meis & proli meæ?* qui ei respondit, (erat autem ebrius, jamque imminutum ſuper ipſo cerebrum ejus, & *repoſuerat candelam judicii ex ebrietate*
„ *ſuper tectum*) *primus*, *qui ſe Filiis Tuis deformibus opponet*,
„ *ego*

Schult. in *Notis Criticis* placuit كمّم *involutus*. a كم quod de *teneris*, & *jamjam protuberantibus floribus* adhiberi ſolet, unde & ipſe *calyx* q. *involucrum floris* كم dictus.

(5) كسان in *Edit. Vulgata* omiſſum legit *MS. Gol.*

(6) Proprie الشطح *vox* eſt, *qua capellæ bene potæ abiguntur ab aqua*, unde ad *ebrietatem* commode nunc transfertur, ſive illum ſtatum, ubi tempus fuiſſet *Alexandri* ex convivio discedendi, quemadmodum docuit exitus.

(7) Ita ſolent minabundi Arabes; exemplum vide apud *Abulph. Hyſt. Dyn.* p. 184. ubi *Omar in Othmanum* inſurgens inquit انا اول &c.

(8) Præſtiterit forte المشايم

وارشبوند وابرهيم فان نجا من مخالبي منهم
احد فانه لا يتخلص من انياب ابرهيم الاسد وان
افلت احد منهم من ذلك البند فانه لا مخرج
له من شراك ارشبوند وكان ارشبوند وابرهيم
غايبين فلم يتعرض تيمور لاسكندر بضرر
وشين واراد بالابقاء عليه (٩) وتوعه مع صاحبه
فلما افاق اسكندر ليم علي ما قال فقال لا
مفر من قضاء الله ولا مجال ولا عتب في
ذلك علي انطقني بذلك (١٠) الله الذي انطق
كل شيء ، ثم ان اسكندر وابرهيم هربا
فقبض علي ارشبوند والقاه في (١١) النازعات
فصار (١٢) نباء وهتك حريم عمره اذ جرعه اول
الرعد

(٩) Legendum ex *MS. Gol.* وقوعه *caſus* pro *interitu.*

(١٠) Ex *Cor. Sur.* XLI: 20.

(١١) Reſpicitur ad initium *Sur.* LXXIX. ubi Deus jurans inducitur per النازعات غرقا *Angelos*, quos fingit *Muhammed* animas peccatorum ex corpore abripientes. Conf. *Maracc. ad l. cit.* Tota autem via aberravit

„ *ego ſum, dein Arſchiund & Abraham; ſi ex un-*
„ *guibus meis eorum quis evaſerit, certe non evadet e*
„ *dentibus Abrahami Leonis illius; quod ſi vero eo-*
„ *rum aliquis ex hoc laqueo effugerit, nullus tamen*
„ *ei exitus erit ex reti Arſchiundi.* Quia vero tunc aberant *Arſchiund* & *Abraham*, non operæ pretium duxit *Timur Alexandrum* lædere, vel increpare, intendens in eo ſervando interitum ejus ſimul cum duobus ejus amicis; cumque *Alexander* edormiſſet crapulam, reprehenſus ob id, quod dixerat, respondit: *evitari nequit, quod Deus decrevit, neque*
„ *obſiſti, neque culpa mihi incumbit ob id, quod Deus*
„ *me fecit eloqui, qui loquelam dedit omni rei.* Dein fuga elapſis *Alexandro & Abrahamo*, comprehenſum *Arſchiundum* objecit *Miniſtris animam extrahentibus*, & factus ei eſt *nuntius terribilis* [mortis] violavitque ſacroſanctum vitæ ejus, quando ipſum ſorbere fecit [dira illa, de quibus eſt] in initio *Suræ*,[11] quæ inſcribitur

aberravit Interpres Gallus reddens *lui fit paſſer le reſte de ſa vie en diverſes penſees*, neque melius adſecutus eſt metaphoras mox ſequentes ex *Corano* petitas.

(11) In mendo utique jacet vulgatum بناء pro quo videtur omnino legendum نباء *nuntius*, cum alluſione ad inſcriptionem *Sur.* LXXVIII. quæ habet النباء *nuntium.*

الرعد واقراه اخر نوح وسبا، ثم ان اسكندر لم يرَ له اثر ولا سمع عنه والي يومنا هذا خبر وكان كبير الهامة طويل القامة اذا مشي بين الناس كانه علامة حتي قبل ان مدي ذلك القصر المشيد كان نحوا من ثلاثة اذرع ونصف بالحديد وابرهيم القمي استمر علي انكماشه ثم مات علي فراشه فكان ذلك سبب [15] ايراده الملوك وابناهم المهالك.

فصل،

ثم ان تيمور عصي عليه كودرز في قلعة سيرجان وقال ان مخدومي شاه منصور موجود الي الان وكان هذا الكلام فاشيا في الخاص والعام فكان كودرز يتوقع ظهوره ويرجي

([13]) Tituli ſunt Capitum *Corani*, nempe XIII, LXXI & XXXIV., quibus innuit eum *terruiſſe* رعد, & ad *planctum* نوح atque *captivitatem* سبا adegiſſe *Arſchiundum*.

ſcribitur ([13]) *Tonitru*, & legere juſſit extrema *Suræ Noach*, & *Saba*. De *Alexandro* dein nullum apparuit veſtigium, nec quidquam de eo usque ad noſtrum tempus fama fuit cognitum; eminebat autem capite, procerus ſtatura, quum incederet, inter alios exſtabat ut vexillum, ſic ut diceretur, hunc *coloſſum* implere menſuram trium ulnarum cum dimidia ([14]) *in ferro*. *Abraham* vero *Komæus* celeri fuga ſe ſubduxit, obiitque dein in lecto ſuo. Et hæc fuit occaſio, qua *exitio dedit* Principes illos cum ſuis Filiis.

CAPUT XXXIII.

Timuro autem reſtitit *Koudran* in arce *Sjirsjani* dicens: *Dominus meus Sjab Manzur adhuc in vivis eſt*, qui ſermo inter omnes fuit propagatus; cumque proditurum exſpectabat

([14]) *In ferro* poſitumne eſt, pro *armatus a capite ad calcem?* an *in termino*, pro *quam accuratisſime?* *Vatt.* vero legit بالجديد dum vertit *a la nouvelle meſure*.

([15]) Ita ſupra p. m. 18. habuimus موارد المهالك qua graviori ſignificatione Hebræorum ירד & הוריד respondens noſtro

(١٦) ويسرجي علي ذلك اعوامه وشهوره فحاصر
تيمور قلعة سيرجان فلم يصلح له عليها سلطان
فوجه اليها عساكر شيراز ويزد وابرقوه
وكرمان واضاف اليهم عساكر سجستان
وذلك بعد ان شملها العمران وكان نايبها
يدعي شاه ابا الفتح فحاصروها نحوا من
عشر سنين وهم ما بين ظاعنين عنها ومقيمين
وهي (١٧) بكر لا تفتح لطالبها بابا وعابس لا
يملك [١٨] خاطبها منها خطابا وكان تيمور والي
كرمان شخصا يدعي ايدكوا من اخوان
السلطان فكان هو المشار اليه ومن
العسكر هو المعول عليه، ولما تحقق كودرز
من شاه منصور وفاته وخذله الانصار واعتبر
بالانتصار وفاته وكان ابن الفتح يراسله كل
ساعة ويتكفل له عند تيمور بالشفاعة فاذعن
للصلح

ſtro ايسر auctum ſæpius occurrit. Conf. *Jeſ.* xxxiv: 7. *Jer.* xlviii:

exſpectabat *Koudran*, eaque in ſpe annos ſuos & menſes tranſigebat, *Timur* vero arcem *Sjirsjan* obſedit, neque ejus potiundæ ipſi apparuit facultas, & admovit ei copias *Sjirazi*, *Jezdæ*, *Abercovæ* & *Carmaniæ*, quibuscum conjunxit milites *Segiſtanæ*, poſtquam eam circumdederat ruſticis, cui obſidione præfuit *Sjah Abul Fetah*; eamque obſeſſam tenuerunt fere per decennium, nunc recedentes ab ea, nunc perſiſtentes; erat autem *virgo*, *quæ proco ſuo portam non aperiebat*, & *quidem auſtera*, *unde procus ne reſponſum quidem poterat elicere*. *Carmaniæ* vero præficiebat *Timur* aliquem, cui nomen *Idacou*, ex fratribus Sultani, de quo ſupra egimus, magnæ auctoritatis in exercitu. Cum demum certus fieret *Koudran* de morte *Manzuri*, ſeque deſtitui ab omni auxilio, ipſe fugit, & continuo apud eum inſtabat *Abul Fetah*, & pro eo penes *Timurum*

Jer. XLVIII:] 15. & LI: 40., quibus nempe in locis *procubitum lethalem ſub mactatore* complectitur. Pro voce autem وابتناهم quam mendoſe præfert *Editio Gol.* fidenter ex MS. ſubſtitui وابناهم & *Filios eorum.*

(16) Pro يرجي Alia Lectio habet يزجي a زجا *leniter egit*, quod in II. conjug. *de tempore*, *quod tranſigitur*, ſpeciatim adhibetur, qua ratione Hebr. דוח itidem *pellere*, *propellere* transferri videmus *Jeſ.* XXXVIII: 15.

(17) Conf in hanc imaginem *Cl. Schult. de Defect.* p. 252.

الصلح واستعمل لذلك ابا الفتح ونزل متراميا عليهم وسلم الحصن اليهم فحنق ايدكوا عليه لكون عقد الصلح لم ينحل علي يديه فقتله من ساعته ولم يلتفت الي ابي الفتح وشفاعته فاخبر تيمور بذلك وكان في بعض الممالك فغضب عليه غضبا شديدا ولكن فات التدارك.

فصل

مما يحكي عن ايدكوا هذا متولي كرمان انه كان بها للسلطان احمد اخي شاه شجاع ولدان صغيران احدهما يدعي سلطان مهدي والاخر سليمان خان وكان سليمان خان في غاية الحسن واللطافة حاويا معاني الملاحة والظراوة معبا بالكمال مربا بالدلال

الفائقة

Digitized by Google

Timurum interceſſionem ſuſcipiebat, tum ad pacificationem ſe ſubmiſit, opera *Abul Fethæ* eam in rem uſus, dediditque ſe, projiciens ſemet ad pedes eorum & tradidit ipſis arcem. Indignatus vero in eum *Jidecou*, *quod nodus hujus pacis ſuper manum ſuam non eſſet ſolutus*, eum extemplo interfecit, nihil curans *Abul Fetham*, ejusque interceſſionem, a quo *Timur* hac de re certior factus, dum in quadam Provincia morabatur, vehementi ira in eum exarſit; verum aberat remedium.

CAPUT XXXIV.

De hoc *Jidecou* Præſide Carmaniæ narratur: habebat nempe Sultanus ejus *Ahmed* Frater *Sjahi Schegiae* duos filiolos, quorum unus vocabatur *Sultan Muhdi*, alter *Soliman Chan*. Erat *Soliman Chan* conſummatæ pulcritudinis & venuſtatis, comprehendens veram virtutem elegantiæ bonæque indolis, refertus perfectione, copioſus indiciis [excellentioris ingenii] verba ejus placebant, penetrabant oculi ejus teli inſtar, animi amore ejus corripiebantur, quin ipſi prudentes ipſi erant affixi; geſtus ejus in cordibus

Digitized by Google

الفاظه رايقة والحاظه راشقة والارواح السبه شايقة
وارباب الاحباب له عاشقة حركاته في القلوب
ساكنة ولفتاته للخلق (18) فاتنة كما قبل

نسيم عنبر في (19) غلالة ماء
وتمثال نور في اديم هواء

وعمره اذذاك ستة اعوام ولكن مفتتن به
الخاص والعام فعزم ايدكوا على اتلافهما
والحاقهما (20) باسلافهما ولم يكتف من تلك
الحرة بانها صارت (21) يتيمة ولا رق لامها
التي خربت ديارها (22) تكونها مخدرة كريمة ولم
يكن له مدافع ولا عنهما ممانع فطلب من الجلادين
من

(18) Quemadmodum in noſtro loco, ita ſæpius verbum فتن *fascinavit*, *bono ſenſu* venit pro *rapi in ſtuporem præ admiratione*. v. *Har.* v. 134. & *Abulph. H. Dyn.* p. 182.

(19) Legendum procul dubio غلالة qua de voce conf. *Cl. Schult. Orig. Lib.* 1. p. 178. *ſq.*

(20) *Mittere ad Patres* pro *occidere* perinde, uti in S. S. ſignata

profunde ſubſidebant, ejusque adſpectus homines *faſcinabat*, prout dicitur:

Odor croci in aqua viva,
Et ſimilitudo lucis in ſuperficie aeris.

Agebat tunc annum ſextum; quia vero ejus cauſa in discordiam agebantur Proceres & vulgus, ambos e medio tollere, & *ad Patres mittere* decrevit *Jidecou*, neque cladem arcebat ab hac Margarita, quod *pretioſiſſima* ſimul & *orphana* eſſet, neque miſertus eſt Matris ejus, cujus regiones erant vaſtatæ, etiamſi pudica eſſet & generoſa, neque erat, qui eum prohiberet, eosque defenderet; quæſivit

ſignata phraſis eſt *ire ad Patres ſuos*, *Gen.* xv: 15. & *colligi ad populum ſuum*, imo ſimpliciter *colligi* pro *mori Num.* xx: 24. & alibi.

(21) Quum duplicem induat ſignificationem vocabulum يتيمة, denotans, tum *quod unicum eſt absque pari*, qualis eſt in margaritis *unio*, tum & *Orphanum*, qui *ſolitarius* eſt alienæ opis indigus; eleganter & acute utrumque una voce complectitur noſter, de puerulo hanc adhibens, cui nihil profuit, neque *venuſtiſſima indoles*, qua *unio* fuerit ſui ſæculi, neque quod *Patre*, quem *Timur* neci dederat, *eſſet orbatus*.

(22) Pro تكونها *MS.* Gol. legit لكونها; quæ vero mox ſequitur in *Edit. Gol.* vox مخضرة hic loci plane incommoda, puncto duntaxat Diacritico tranſpoſito, omnino legenda eſt مخدرة *epitbeton*, quin & *nomen* ipſum *domiſedæ*, *poſt velamen latentis feminæ* a Rad. خدر *latuit poſt velamentum*, ejusdem cum Hebr. חדר originis.

من (23) يعتمد في ذلك عليه فلم تطب نفس
احد ان تمتد يده (24) بمكروه اليه ومضي علي ذلك
مدة والخلق بسبب هذه الغضبة في ضيق
وشدة حتي وجدوا عبدا اسود كانه للبلاء
مرصد وكان الشياطين له عبده والعفاريت له
جنود (25) وجعده وثوب ليل القهر من سواد
سواده انتسج واصل (26) الشجرة الي طلعها
كانه روس الشياطين من حبة فواده نبت
ونتج تستك عن صداء صوته (27) خوار الثيران
وتستقبح عين خيال صورته مشاهدة الغيلان
قلت

زبانية النيران تكره وجهه وحين تراه
تستعيذ جهنم .

قن

(23) Manifeſte vitioſum يعمد in *Edit. Gol.* pro quo omnino reponendum fuit يعتمد Conf. geminam phraſin p. 94. l. 6. *Edit. Gol.*

Digitized by Google

quæſivit itaque carnificem, cui id committeret, ſed nemo voluit vim ei inferre, effluxitque interea aliquod tempus, & hanc ob rem multi erant anxii & in moleſtia, donec invenirent ſervum nigrum, in quo tanquam in ſpecula calamitates reſidebant, cui ſerviebant Satanæ, & ſceleſtiſſimi mali genii milites erant, & adſeclæ; ex ſtamine nigredinis ejus veſtis noctis truculentiæ fuit contexta, & *radix Arboris*, cujus rami ſunt tanquam capita Diabolorum, ex ſemine cordis ejus propullulavit, & orta fuit; præ ſtridore vocis ejus delectaret *mugitus taurorum*, & præ phantaſia formæ ejus pulcher videri poſſet ſpectrorum adſpectus. Dixi:

Vultum ejus averſantur Angeli infernales, eoque conſpecto aſylum expetunt gehennam.

Certe

(24) Sic habes apud *Elmac. Hiſt. Sar. pag.* 3. ومنع ان يصل اليه احد بمكروه

(25) Pro وحفده *Miniſtri ejus* quod ceteroquin non incommodum fuerit, MSS. legunt جنده ſed malim tum legere جنود مجندة *exercitus inſtructus*, æque uti infra p. 388. trita enimvero phraſis eſt جنود مجندة qua alluditur ad حديث, nempe: الارواح جنود مجندة فما تعارف منها ائتلف وما تناكر منها اختلف

(26) Alluſio hæc ad arborem infernalem *Zakum* petita eſt ex *Cor. Sur.* XXXVII: 63. & 65.

(27) Ita omnino ex *MS.* legendum pro vulgato ضرام النيران quod ſenſum turbat, & mox تستحسن pro يستحسن.

قد نزع الله من قلبه الرحمة وجبل فواده
علي المائمة فارغبوه في ان يختلهما ويقتلهما
وكانت عين سليمان خان رمدا وقد سكن
في (28) حجر دايته وتهدي فدخل عليه ذلك
الظالم من ساعته واغتاله وهو راقد فضربه في
جنبه بخنجر انفذه من الجنب الاخر فارتفع
الضجيج والولولة ووقع (29) العجيج والزلزلة
وعم الماتم امه الوالهة واهلها وطفق الناس
يبكون (30) عليها ولها، والظاهر ان هذه
الامور كانت باشارة تيمور وعسكر ذلك
الظلوم الكفار ما كان (31) يخلو عن مثل
هذه الشرور والاشرار ولو كان فاعله من
غيرهم لكن لعلة للصاحبة وللرافقة كان يسير
بسيرهم.

حكاية

(28) Ex *MS.* inferui حجر *ſinus*, *gremium*, quod in *Edit. Gol.* omiſſum ad ſenſum abſolvendum requiritur; recte autem ſe habet ſequens دايته, vocabulum quippe Perſicum eſt داية *nutricem* denotans.

Certe abſtulit Deus miſericordiam ex corde ejus, & indolem flagitioſam ejus pectori indidit; hunc igitur flagitarunt, ut per fraudem utroſque e medio tolleret; laborabat autem *Soliman Chan* opthalmia, jamque quieſcebat in ſinu nutricis ſuæ, quum data occaſione ei ſuperveniens iſte nequam, eumque dormientem ex improviſo adortus, pugione per alterum latus penetrante latus ejus transfixit, adſcenditque clamor & ejulatus, inciditque vociferatio & conſternatio, idemque crimen matrem attonitam involvit cum familia ſua, hominibus ei multum indolentibus. E. videns autem fuit, hoc facinus auctore *Timuro* fuiſſe perpetratum, neque exercitus hujus tyranni infidelis vacabat iſtiusmodi malefactis, & malis hominibus, &, ſi quis non æque ſceleſtus eſſet, fiebat tamen propter cauſam familiaritatis & conſortii.

HISTORIA

(29) *MS. Gol.* addit في الناس.

(30) Pro عليهك in *Edit. Gol.* quod manifeſto in mendo jacet, repoſui عليها, quod unice huc quadrat.

(31) Ita lego cum *MS.* pro كانوا يشغلوا quod in *Codice Edito* exſtat, & mox, eadem auctoritate

Digitized by Google

حكاية

لما ارتحل من الشام بجنوده الغزيرة (32) كان
مع واحد منهم اسيرة كشفت ايدي النوايب
قناع عصمتها ولطمتها وعلي يدها بنت لها
رضيع فقطمتها فلما قربوا الي حماة جعلت
البنت تان انين (33) الاواة ولما بها من
المضض المنكي تتنكد وتبكي ومعهم جمال
من بغداد منطق علي الغسان (34) منحى على
الذي كان مجبول علي الغلاظة والقساوة
معمول من (35) الفظاظة والغباوة ممتلي من القذي
متضلع

tate المصاحبة pro المصابحة quemadmodum vitioſe legitur in *Edit. Gol.*

(32) Legendum procul dubio كانت.

(33) Nullus dubito, quin pro corrupto الاواة legendum ſit الاواه *multum ingemiscens ab* اوه *ah! ah! dixit.*

(34) Male editum منحبى, vera enim lectio, quæ & ex veſtigiis *MS.* apparet, eſt منحوى part. VII. conj. ab حوي Hebr. חוה vel חיה, & ita quoque legit Doct. *Lette ad Caab.* p. 108.

H I S T O R I A.

Quum copioſum ſuum exercitum moveret e Syria, habebat ſecum miles aliquis captivam, *cujus calanticam pudicitiae retexerant manus infortuniorum*, *eique alapas inflixerant.* Geſtabat hæc ſuper manu ſua filiolam ſuam lactentem, quam ablactavit; cumque exercitus veniret prope *Hamatam* & filiola inciperet multum ejulare, & ob dolorem quendam male habentem valde angeretur, & lacrymareretur, adfuit camelarius Bagdadenſis, complicatus ſuper violentia, convolutus ſuper importunitate, formatus ad aſperitatem & duritiem, compoſitus ex inhumanitate & ſtoliditate, plenus ſordibus, diſtentus noxa,

(35) Mendoſe vulgo proſtat الغضاضة pro الفظاظة, quod a فظ *ſuccum expreſſit*, hinc *indolem* notat *auſteram* & *rigidam*, cui ſuccinit mox ſequens الغباوة, quod in Lexicis exponitur per *ſocordiam*, *incuriam*, proprietatem vero habet a cognato عبى Hebr. עבה *conſtipatus fuit.* Conf. ad *Ham. p.* 418. unde facilis tranſitus non tantum ad *ſtupiditatem craſſiorem*, ſed &, uti noſtro in loco, ad *immiſericordiam*, qua ad aliorum miſerias animus *obſtipatur*, & *indureſcit.*

Google

متضلع من الاذي لم يخلق الله تعالي في قلبه
من الرحمة شيا فينزع ولم يودع لسانه لفظا
من الخير فيستمع ، فاخذ تلك البنت من امها
فدار في وهمها انه انما اخذها ليخفف من
همها وكانت راكبة علي جمل ثم انقطع
ساعة عن الثقل ثم وصل ويده خالية وقهقهته
عالية فاستكشفت امها حالها فقال ما لي
وما لها فهوي عقلها ووهي فطرحت نفسها
ونحت نحوها فاخذتها وانقلبت واتت بها
وركبت ، فتناولها منها مرة اخري علي ان لا
يسومها ضرا ثم غاب عنها ورجع وقد صنع لما
صنع والقت نفسها ثانية (36) وعدت اليها ثانية
وجاءت وهي عانية وقطوف (37) خفوقها دانية
فركبت واخذتها ووضعتها علي كبدها التي
منه ولدتها ، فاخذها منها مرة ثالثة بنية في
الغسان عابثة وحلف لها يمينا حانثة انه يحملها
هي

(36) Legendum potius وغدت *a* غدي idem, quod

xa, cujus in corde nehilum quidem miſericordiæ Deus O. M. condidit, quod extrahi, nec linguæ quicquam probi commiſit, quod audiri poſſet. Filiolam autem illam ſumſit de matre ſua, quæ ſibi imaginabatur id fieri, ut leniret ejus ſollicitudinem, inſidebatque camelo; tum ſeceſſit iſte paulisper ab impedimentis, dein rediit cum manu vacua & alte cachinnans, tum mater interrogavit de ſtatu filiæ, & dixit: *quid illa ad me?* & mentis impos ac conſternata dejecit ſe a camelo, & ad filiam contendens eam abſtulit, reverſaque ſecum abduxit & inſedit camelum. Abſtulit vero eam a matre ſua altera vice, ea lege, ut nullam ei inferret noxam, tum eam relinquens & reverſus fecit, ut antea; tum mater ſe iterum dejecit, abiitque altera vice ad iſtam, venitque, cum jam esſet viribus exhauſta, & *in agone mortis verſaretur*, & vecta abſtulit eam, ventrique ſuo impoſuit, unde eam pepererat. Iſte vero in violentia furibundus, tertia vice eam abſtulit, juravitque ei perfide, ſe eam absque

quod ذهب *abiit*, vel quod malim عادت *rediit.*

(17) Pro خفوق malim legere, uti ad *Jung.* ex alio *MS.* emendatur, حتوف forma collectiva τοῦ حتف quod *mortem* ſignificat, pp. *raptationem*, *impacto* veluti *unco ineluctabili*. Conf. *Cl. Schult. ad Prov.* p. 299. ut ſenſus ſit *vindemiationes mortis prope adfuiſſe.*

هو ولا يمسها بسوء فعملها ساعة ثم (38) خرج عن
سنة الجماعة ورمي بها في بعض المبطاح ومثل
بها ما فعله اليهودي بصاحبة الاوضاح وجاء
ويده (40) دامغة باثم ملاء ومن البنت فارغة
وقد (41) سلبها سلبها وجلب الي امها جلبها
فاطرحت نفسها باكية ورامت الرجعي جارية
فقال لها لا (42) تتعبي كعبتك هما فارجعي
واركبي فبكت وصاحت وانت وناحت
ووقعت في العناء وان كانت استراحت ·.

(43) والناس علي دين ملوكهم
سالكون طرايق سلوكهم.

سبب

(38) Eſt ambigua locutio a *ſacris* deſumta, namque proprie notat *deſcivit a lege Eccleſiæ.*

(39) Reſpicit nempe ad fatum ancillæ cujusdam beneficæ in pauperes, quæ monita a Judæi heri ſui filio, ut modum in liberalitate teneret, respondit: *Muslemica ſum* (eſt enim Elec-moſyna inter 5 *illa fundamenta Islamismi*, quæ expoſita v. apud *Abulph. H. D.* p. 171.) qua edita confeſſione Judæus eam manibus pedibusque truncatam interſecit. v. *Hotting. H. E. Sæc.* xv. p. 614.

absque detrimento geſtaturum, geſtavitque eam pauliſper, mox autem *de via publica ſecedens* eam projecit in paludem quandam, *idemque in ea perpetravit, quod Judæus* (39) *in ancilla meritis illuſtri*, tum venit, & manus ejus *cerebrum comminuens* ſcelere erat plena, a filiola vero vacabat, quam exſpoliavit, ejusque exuvias ad matrem traxit, quæ ſe projecit lacrymans, & voluit redire ad puellam, ſed dixit ei: *ne temet fatiga, ſatis curæ tibi creabo, redi ergo & avebitor*; tunc flevit, vociferans, lamentans, & ejulans, reciditque in dolorem, etſi paululum interquieviſſet.

Utique homines ad Regum ſuorum mores ſe componunt,
Eadem, qua illi, via incedentes.

CAPUT

(40) Proprie *manus comprimens, ita ut humor effluat*; qui uſus hujus vocis noſtro in loco facit ad confirmandam hanc *compresſionis* proprietatem ſub rad. دمغ Hebr. רמץ *lacrymatus fuit*, quam indicavit *Cl. Schult.* in *Inſtit. Aram.* p. 32.

(41) Eadem ratione *infra* hoc سلب ingeminatur *Cap.* 38.

(42) Ex *MS.* ita lego pro vulgato لا تتبعي *ne adſequere*, quod ex operarum lapſu, in transpoſitionem literarum ſæpius proclivi, profluxiſſe autumo.

(43) Prior hicce verſiculus a *Golio* inter *Adag. Arab.* p. 56. exhibetur, a docto quodam Arabe coram eo ita uſurpatus, ut

 vocem

Digitized by Google

✻ ✻

سبب دخوله الي عراق العرب وان كان ايذاوه لا يحتاج الي علة وسبب

ولما خلص لتيمور جميع ممالك العجم ودانت له الملوك والامم وانتهت مراسيمه الي حدود عراق العرب غضب السلطان احمد صاحب بغداد واضطرب وجهز جيشا (44) عرمرما وجعل رييسهم اميرا مقداما مقدما يدعي سبتاني فتوجه الجيش نحو الجغتاني فبلغ تيمور خبر الجيش وخبره فسر بذلك قلبه وانشرح صدره فجعل ذلك سببا لمهاوشته (45) وذريعتنا لمحاربة ملك العراق ومناوشته (46) وانفذ جيشا كرارا بل بحرا زخارا فتلاقيا بمصدق نبة عني

vocem دين paulo aliter, de *religione* nempe acceperit, cujus vero ſignificatus hic, uti ſæpe alias, latius venit de *moribus*, quippe reſpondens alteri طرايق *viæ*, *inſtituta* &c.

(44) Proprie *exercitus rapidi inſtar torrentis, qui obices revellit, ſeſe cum vehementia inferens* Conf. *Iſpah.* p. 12. ex ſtilo quippe

C A P U T XXXV.

Occaſio invadendæ Irakæ Arabicæ, etiamſi ejus tyrannis non indigeret cauſa vel ratione.

Cum itaque *Timuro* ſe prorſus ſubdidiſſent omnes Provinciæ Perſicæ, eique ſe ſubmiſiſſent Reges & Nationes, ejusque imperium pertigiſſet usque ad fines *Irakæ Arabicæ*, indignatus *Sultan Ahmed*, Dominus *Bagdadi*, & conturbatus exercitum inſtruxit vehementem, cui præfecit Ducem ſtrenuum, nomine *Sabtani*, obviamque ivit exercitus copiis *Timuri*, cujus rumor & cognitio quum ad *Timurum* pervenit, gaviſum ob id eſt cor ejus, exhilaratumque ejus pectus, idque conſtituit occaſionem immiscendi ſe, & *medium* impugnandi *Regem Irakæ*, eumque adoriendi, miſitque exercitum impetuoſum, imo vero mare tumidum, undoſum;

quippe figurato, qui copias militares cum *flumine elato* comparat, quæ imago & in S. Cod. ſæpius locum obtinet. Conf. inprimis *Jeſ.* VIII: 7. *ſq.* & LIX: 20.

(45) Ita omnino legendum eſſe pro سريعتا ipſe contextus ſatis evincit; respondet quippe præcedenti سببا *anſæ*, *occaſioni*, quatenus notat *id quod intercedit*, ſive *medium*, aut *motivum* ad aliquid agendum.

(46) Conf. *Cl. Schult. de Defect.* p. 220.

Digitized by Google

علي مدينة سلطانية فصدق كل منهما صاحبه الضراب وسدد لنحره السنة لاسنة وسهام الصراب واستمد بحر الجغتاني من امواج امواجه واصطدم فانكسر في قساطله قنبات جند سبتاني فانهزم ووصل كلهم الي بغداد وتشتتوا في البلاد فالبس السلطان احمد سبتاني المقنعة واشهره في بغداد بعد ان ضربه واوجعه وكف تيمور عن عناده وقفل متوجها الي بلاده.

ذكر سكون ذلك الزعزع الثاير وهدو
ذلك البحر الماير لتطمين منه الأطراف
فيحطها كما يريد ويدير بها
الدواير،

ثم ان تيمور خرج من سمرقند الي ضواحيها وجعل يتنقل في جوانبها ونواحيها وبني حواليها قصبات سماهن باسماء كبار المدن والأمهات وقد

صغت

undoſum; & manus conſeruerunt *ſtrenuisſima intentione ad urbem Sultania*, atque ſtrenuis ſe invicem ictibus appetiverunt, directis in jugulos linguis cuspidum, & ſagittis mutuæ cædis, & excrevit *mare Sjagatæorum præ copiis fluctuum* ejus, & colliſum fuit, & fractæ ſunt in pulvere ejus undante lanceæ exercitus *Sabtani*, quo in fugam acto, omnes *Bagdadum* ſe receperunt, & per regionem fuerunt diſperſi. *Sultan* vero *Ahmed Sabtanum* (47) *calantica* indutum per *Bagdadum* circumduci juſſit, flagellis prius cæſum & torminibus cruciatum. *Timur* autem ſe ab ulteriori vi retinuit, rediitque, ad regionem ſuam contendens.

* * * * * * * * * * * * * * * *

C A P U T XXXVI.

Quies turbinis iſtius impetuoſi & tranquillitas maris iſtius agitati, ut circumjacentes oras ſecuras a ſe redditas frangeret pro libitu, & caſus adverſos in iis circumgyrare faceret.

Dein *Samarcanda* egreſſus Timur ad ejus plagas exteriores, permigravit eas ab omni parte, & circumquaque ædificavit oppida, quæ appellabat *urbes magnas*,

(47) Sive *velo muliebri*, quale Arabibus dicitur مقنعة, ita longum, *ut caput ſimul & pectus obtegat;* qua ratione *animum femineum* victo Duci exprobare voluit *Ahmed Sultan*. Conf. *Hiſt. de Timur-Bec*. t. 1. p. 471. ubi geminum *ignominiæ* exemplum enarratur.

Digitized by Google

صفت له سمرقند وولاياتها وممالك ما وراء
النهر وجهاتها وتركستان وما فيها من البلاد
وسايبها من جهته يدعي خدايداد وخوارزم التي
بها فتك وسطا وكشغار وهي في بعض
ممالك الخطا وبلخشان وهي ممالك علي حدة
عن ممالك سمرقند متباعدة واقاليم خراسان
وغالب ممالك مازندران ورستمدار وزولستان
وطبرستان والري وغزني واستراباد وسلطنية
وساير تلك البلاد وجبال الغور المنيعة وعراق
العجم

(48) Regio eſt ad mare *Caſpium*, reſpondens ferme priscæ *Hyrcaniæ*. Conf. *Ind. Geogr. in V. Salad.* pars *Taberiſtanæ*, a qua eam mox diſtinguit noſter, cum *Geographi Orientales* utramque nonnunquam confundant. v. ad *Alferg.* p. 193. ſqq.

(49) Eadem Regio, quæ alias *Zableſtan*, dicta eſt *Roſtamdar* q. d. *ſedem Roſtami* inclyti *Perſarum* herois, hinc quippe oriundi, unde & *Zabeli* idem audit. Hujus autem Provinciæ civitas primaria eſt *Gazna*, quæ & غزنين dicitur, quam mox memorat Auctor. v. *Herbel.* p. 364.

nas, & *Metropolitanas.* Puroque obſequio ei jam mancipata erat *Samarcanda* cum ſuis Dynaſtiis; Provinciæ *Trans Oxianæ* cum ſuis tractibus; *Turkeſtan* cum regionibus ſuis, quibus ejus nomine præfuit *Chadaidadus*; *Choarezmia*, quam ex improviſo obrutam tyrannidi ſuæ ſubjecit; *Casghar* in vaſtis Provinciis *Chatæorum*, & *Balachsjanum*, quæ regna ſeorſim a ditionibus *Samarcandæ* longius diſtant; porro climata *Chorojanæ*, &, maxima pars ditionum (48) *Mazenderanæ*, (49) *Roſtamdara*, *Zuliſtan*, *Tabriſtan*, (50) *Rea*, *Gasna*, (51) *Eſterabada*, & (52) *Sultania*, & reliquae illæ regiones, *montesque* (53) *Gouræi* inacceſſi,

(50) Urbs *Parthiæ* celebratiſſima ſimul & antiquiſſima, *Stephani*, ut videtur, Ῥαία, quæ urbs illi *Schythiam* inter & *Hyrcaniam*. v. ad *Alſerg*. p. 211.

(51) Urbs, quam Geogr. OO. alii ad *Taberiſt.* alii ad *Mazendr.* referunt, juxta *Cl. Gol. ad Alſerg.* p. 194. confinis *Giurgianæ*, amplæ ad mare Caspium Provinciæ, cui accenſetur ab *Herbel.* p. 140.

(52) Alio nomine *Kunguzlan* dicitur, urbs *Adſerbeisjanæ* ſive *Mediæ long.* 76. *lat.* 39. juxta *Abulf.* in *Ind.* *Geogr.* in voce *Adſerbeisj.*

(53) *Ptolemæo* Γωρυαία; *Regio montana inter Heratam & Gaznam*, uti eſt in *Ind. Geogr.* ap. *Schult.* in v. *Gaur.*

العجم وفارس (55) الشامخة وكل ذلك من غير منازع ولا مجادل ولا ممانع وله في كل مملكة من هذه الممالك ولد او ولد ولد او نايب معتمد.

انموذج مما كان يغور ذلك الظلوم
الكفور من عساكره في بحور
ويغوص على امور (56) ثم يغور
بشرور ومن جملة ذلك (57) غوصه
مما وراء النهر وخروجه من بلاد
اللور

ثم انه مع اتساع مملكته وانتشار هيبته وصولته وشيوع اراجيفه في الاقطار وبلوغ تخاويفه

(54) Complectitur hæc *Iraka Agjemica* veterum *Aſſyriam Partbiamque* v. *Ind. Geog.* in voce *Iraka.*

(55) Mendoſe السامخة *in Ed. Gol.* pro الشامخة *excelſa, alte elata;* eſt enim بلاد الجبل *regio montoſa,* quod ſpeciatim *Partbiæ* nomen eſt.

(56) Pertinent hæc ad titulum Capitis, pro more aucto-
ris

inacceſſi, & (54) *Iraka Perſica celſis montibus prædita*; idque in univerſum ſine ullo adverſario altercante aut cohibente, habuitque per totum imperium harum ditionum aut filium, aut nepotem, aut vicarium, quo confideret.

CAPUT XXXVII.

Specimen qua ratione tyrannus hic infidelis ſeſe immiſerit in maria exercitus ſui, negotiis profunde immerſus, mox cum malorum æſtu prodiens; & ſpeciatim immerſio ejus in Transoxianam, ejusque emerſio e regione Lur.

Quantumvis haberet diffuſisſimum regnum, & ejus terrores divulgarentur, & undiquaque omnes metu ejus percellerentur, & adeo gravia eſſent ejus im-

ris noſtri rhytmicum, quæ in *Edit. Gol.* minus apte ejus initium conſtituunt; ceterum elegantiſſimæ allegoriæ, qua Timur cum *urinatore* comparatur, dum negotiis publicis ſeſe *immerſum* ſimularet, ut mox *alio longe loco emergeret*, ſecurosque invaderet, optimum commentarium præſtabit ipſum hujus Capitis argumentum.

(57) Ita omnino cum *MS.* legendum pro vulgato عوضه; data

تخــــلويــــغه الأقاليم والامصار ونقل اثقاله وعدم
اختفاء توجهه الي جهة وانتقاله كان يـــجـــري
فـــي حـــد العـــالم مجري الشيطان من (58) ابن
ادم ويدب في البلاد دبيـــب الســـم الاجساد قلت

يصوب يمنة ويصيب يسرة
وينوي جبهة والقصد نغرة

بـيـنـا يكـــون لـــه في المشارق (59) ببارق
فبالق لذ لمع في الغرب بوارق بوايق وبيبـمـا
نـــغـــمات طبوله وضربات اعوادة تقرع في حصار
العراق واصبهان وشيراز واذا برنـــمـات اوتـــاره
وبـــوقات (60) ابواقه تسمع في (61) مخالف الروم
ومقام

data enim opera noſter captat vocem غـــوص qua exprimitur *profunda imme ſio* velati *urinatoris*. Conf. *not. ſuperiorem.*

(58) Pro ابـــن præſtat legere in *plur. num.* بـــنـــي

impedimenta, ut nulla occultari poſſet expeditio ejus, & migratio, currebat tamen ad finem mundi, veluti currit Satanas ab hominibus, & reptabat per regiones reptatione veneni per corpora. Dixi;

Dirigens dextram verſus feriebat ſiniſtram,
Et intendens frontem petebat cervicem.

Interea dum in Orientalibus plagis habebat *vexilla* exercituum, ecce in Occidente emicabant *fulmina cladium;* dumque tympanorum ejus ſonitus, & baculorum ejus [tympana] ferientium ictus pulſabantur in obſidenda *Iraka*, *Iſpabano*, & *Schirazo*, ecce tinnitus nervorum ejus, & ictus lituorum ejus audiebantur in Regionibus *Rumaeis*, & Conſeſſu *Edeſſeno*, & *Comitatu Meccano.* Et ita quidem ſubſtitit aliquamdiu *Samarcandæ*

(59) Perſica vox eſt *vexilla* notans, & quidem proprie, minora, qualia haſtis affigere ſolent, adhibita quoque ab *Iſpab.* in *Excerpt.* p. 23.

(60) Ita rectius *MS.* pro ابوافها *in Ed. Gol.* cum adfixo *femin. gen.*

(61) Malim مخالبف idiomate Arabiæ Felicis *regiones*, ſive *pagi*, in quos hæc eſt diſtributa.

ومقام (62) الرهاوي وركب (63) الحجاز
فمن ذلك انه مكث في سمرقند مشغولا
باذبشاء البساتين وعمارة القصور وقد امنت منه
البلاد واطمانت الثغور، فلما انتهت اموره وبلغ
الكمال قصوره امر بجمع جنده الي سمرقند
ab ipſo quærendo, neminique ejus cauſa moleſtiam creârunt, ſed paulo poſt extulit *merſus* ille *Bagdadenſis* caput ſuum *Saiwaſi* apud *Cadhium Borhaneddinum* ex anguſtia ſua, qui eum *ſubmerſit mari munificentiæ* ſuæ, *prolixamque ſuper eo expandit generoſitatis & beneficentiæ ſuæ lacinam;* & ab copræcipuo loco fuit habitus, magni æſtimatus & honoratus. Compoſuit ei Chronicon admirabile, ſtylo uſus ſublimi, & methodo incomparabili, in quo res ejus geſtas expoſuit ab initio, fere usque ad obitum ejus, caſusque, prælia & diſcrimina ejus, idque ornavit venuſtisſimis figurationibus, & contexuit elegantisſimis deſcriptionibus, ſuavisſimis Metaphoris, facundis dictionibus, ſumma eloquentia, acutisſimis obſervationibus, ſubtilisſimis alluſionibus, *laxavitque* in eo *habenas ſermonis.* Invenitur in Regno Carmaniæ quatuor tomis, quod mihi narravit, *qui in hoc mari urinatus eſt & ejus margaritas extraxit*, qui vidit quoque elegans opus Hiſtoricum de *Jemino Sultano Mahmudo Fil. Sebectegini*, ſed hocce [*Abdal-Azizi*,] præ iſto pulcriori conſcriptum eſſe methodo, ac copioſori & dulciori ſermonis fluxu abundare, etenim ego neutrum vidi,

(90) Ita *MS.* rectiſſime pro ووقفت in *Edit. Gol.* mox enim ipſe Auctor ſubjungit اني لا اقف.

(91) Minus accurate ibidem nomen celebris *Sultani*, de quo fuſe *Herbel.* pag. 533 ſqq. legitur محمود بن سبكتكين. Cognomen à *Chalipha Cadero* accepit يمين الدولة *manus dextra Imperii Muslemiorum*, unde nunc etiam dicitur اليمين السلطان.

vidi, neque propter meam tenuitatem comparare potui. Dein venerabilis hicce *Abdal-Azizus*, poſt *ardorem hujus incendii*, demigravit ad urbem *Cairo*, nec deſiit moleſtiis ſemet angere, *& vinum bibere mœrorum*, *donec turbaret ei cerebrum ebrietas ingentis deſiderii*, ac, edito clamore, de ſublimi tecto delapſus periret, ſic obiit confractus (94) *ſimili mortis genere*, *quo Auctor* [*Lexici*] *Alſabab* [*Gjeubarius.*] *Sed Deus hæc optime novit.*

CAPUT

& mox نشاة *ebrietas* pro نساط quod cum *alacritatem* & *hilaritatem* notet, plane ab hoc loco alienum eſt.

(94) De morte *Gjeubarii* celeberrimi *Lexicographi*, ne prolixior ſim, vid. *Lettenii Not. Auctorum Arab.* in voce *Gjeubarius.*

ذكر ما وقع من الفساد
في الدنيا والدين بعد
قتل قرا ايلوك السلطان برهان
الدين ،

ولما قتل السلطان برهان الدين
لم يكن في اولاده من يصلح
للرياسة وينفذ (٥٥) احكام
السلطنة والسياسة فرجع قرا ايلوك
الى سيواس ودعا الى
نفسه الناس فلم يجيبوه (٥٦) ولعنوه
وسبوه فاخذ يحاصرهم
ويناكدهم ويضيق عليهم ويعاندهم
فاستمدوا عليه التتار فامدوهم
واتت طايفة منهم فنجدوهم
فكسرهم قرا ايلوك ففروا
واستنجدوا طوايفهم وكروا
واقبلوا

C A P U T LXI.

De malis, quæ perpeſſus eſt Mundus & Religio poſt interfectum a Cara-Jiluco Sultanum Borbaneddinum.

Cum autem poſt *Sultani Borbaneddini* necem non eſſet inter Filios ejus, qui aptus eſſet imperio, atque exerceret auctoritatem *Sultanatus* & regiminis, *Saiwazum* reverſus *Cara-Jiluc* homines in ſuas partes attrahere voluit, ſed eum respuerunt, atque exſecrationibus & convitiis eum fuerunt inſectati; obſidere itaque eos cœpit, eosque vexare, in anguſtias redigere, & impugnare; in auxilium ergo contra eum vocarunt *Tataros*, qui opem iis tulerunt, & venerunt copiæ quædam eorum auxiliatrices, quibus vero fractis a *Cara-Jiluco*, atque in fugam actis, plures in ſubſidium vocarunt, quæ novo cum impetu advenerunt in univerſum omnes, & impleverunt convalles

(95) Mendoſe in *Edit. Gol.* لاحكـــــــام pro احكام proprie enim eſt qui *penetrare faceret*, id eſt *effecta daret mandata Imperii* &c.

(96) Ita Alia Lectio admodum appoſite habet pro واغبرة مسبوة in *Ed. Gol.* quod manifeſto in mendo jacet, quæ duo verba عن, & سبب ſæpius Noſter in ſimili argumento conjungit.

واقبلوا (٩٧) بالغض والقضبض وملاوا البقاع والعضبض فلم يكن لغرا ايلوك علي (٩٨) جبة قتالهم طوق فدخل فيهم من تحت رداهم من فوق وتوجه الي تيمور وكان بحر جيشه في اذربجان تمور وقبل يديه (٩٩) وانتمي اليه وجعل يناديه الي هذه البلاد ويدعوا كما فعل معه الامير ايدكو فحك (١٠٠) له في الدبرة فاجابه اجابة (١) برصيصا ابا مرة.

مشاورة

(97) Mendoſe vulgo proſtat بــــالــــغــــض pro بــــالــــقــــض cum *glarea majori*, uti القضبض *glarea minor* ex Proverbiali locutione pro *ad unum omnes*, de qua v. *Cl. Schult.* ad *Har.* III. pag. 137. & VI: 201.

(98) Proprie: *non habebat torquem, quem carpo pugnæ eorum injiceret*, ſic dicunt هــــو فــــي طــــوقــــي *Hic eſt in meo torque*, pro *ſub mea poteſtate.* Figurate itidem, quod ſequitur, *ſub pallium eorum ſeſe deſuper recepit*, pro *ſub eo-*

rum

Digitized by Google

valles & ima terrarum. Cum autem impar iis eſſet *Cara-Jiluc*, ſub eorum clientelam ſeſe recepit, ſeque ad *Timurum* contulit, cujus exercitus mare in *Aderbigjana* æſtuabat, ejusque manus oſculatus *ſeſe ei applicuit*, cœpitque eum adhortari & ſollicitare, ut hanc regionem invaderet, æque uti apud eum fecit *Emir Idecou*, eumque blanditiis & conſiliis ſuis excitavit, adeo ut ei annuerit, veluti *Berſiſa Diabolo.*

CAPUT

rum clientelam, qua de formula Conf. *Cl. Schrœd. ad Jeſ.* III. pag. 384.

(99) Confer pro uſu hocce verbi لاتنبي geminum locum apud *Abulph.* pag. 439.

(100) *Proverb.* eſt *locutio*, proprie *fricuit ei tergum;* ita ſupra *paxillus es ad fricandum* p. m. 402. n. 10.

(1) A *Diabolo* nempe, quem *Patrem amaritatis* appellant, *Berſiſa* quidam Monachus ad abnegandum Deum inductus traditur.

مشاورة الناس من اهل سيواس اني يسلكون ومن يملكون ،

ثم ان اهل سيواس والاعيان من روسايها والاكياس
تشاوروا فيمن يملكون قيادهم والي
من يسلمون بلادهم لسلطان
مصر ام (2) لابن قرمان ام للسلطان
(3) المغازي ابي يزيد بن عثمان ثم
اتفق رايهم السديد علي
المرحوم يلدريم بايزيد فارسلوا
اليه قاصدا ولستنهضوه
اليهم وافدا وانشدوه وقد
استنجدوه شعر

وكم

(2) Proprie quidem notat *Filium Carmaniæ*, ſed *Turcis* olim *Princeps Carmaniæ*, quæ Veterum eſt *Cilicia*, antequam eam ipſi poſſiderent, dicebatur اوغلي

Caraman

C A P U T LXII.

Deliberant SAIWASIENSES, *qua ratione procederent, & quemnam Regem conſtituerent.*

Tum *populus Saiwaſienſis* & præcipui Proceres ac Prudentiores inter ſe conſultarunt, cuinam regni ſui habenas traderent, & cui committerent ſuam regionem, an *Sultano Aegypti*, vel *Principi Carmaniæ*, aut *Sultano Mugazio Bajazetho Fil. Othomani*, atque ſalutari ſententia convenit inter eos de *Felicis memoriæ Ilderimo Bajazetho*, ad quem Legatum miſerunt, eumque excitarunt, ut ad ſe veniret, eique, dum ejus opem implorabant, hunc verſum recitarunt:

Quotnam

Caraman Ogli, quod idem eſt cum Arabico ابـــــن *Filius.*

(3) Potius Leg. الغـــــازي & mox ابا يزيد v. ſupra p. m. 442. Aliud, quod mox ſubjicitur, *Bajazethi* epitheton, *Ilderim*, *Fulmen* notat q. d. *Fulmen belli*; ob rapidum *victoriarum curſum.*

Digitized by Google

وكم ابصرت من حسن واكن عليك
من الوري وقع اختياري

فتوجه من (4) ساعة اليهم وقدم بالعساكر والجنود عليهم ومهد القواعد والاركان وولي عليهم اكبر اولاده امير سليمان واضاف اليه خمسة انفار من امرايه الكبار يعقوب بن اورانبس وحمزة بن بجار وقوح علي (5) ومطفي وداوادار واستمال خواطر الاعيان وتوجه الي ارزنجان فهرب منها طهرتن المذكور وقصد في انهزامه تيمور فباستولي ابن عثمان علي مدينة ارزنجان واخذ اموال طهرتن وذخايره وحرمه ومكن منهن سواسه وغلمانه وخدمه ورجع بالاموال والحمول واشتغل بمحاصرة استنبول، فنبه قرا ايلوك وطهرتن من تيمور نايم الفتن وان كان المتحرك منه في الغسان ما سكن حتي توجه الي هذه البلاد وعم فساده البلاد والعباد فوصلوا الي ارزنجان (6) واردين ثم ارتحلوا ونزلوا معسدين ماردين فعصي عليه الملك الظاهر لما كان قاساه لولا من طاعة تلك الغادر فندم .

Quo'nam ego vidi pulcros! ſed tamen præ omnibus in Te unum mea cadit electio.

Protinus itaque ſe ad eos contulit, adduxitque ad eos exercitus & copias, & ſtabilivit Rempublicam, præfecitque iis Filium ſuum natu maximum *Principem Solimanum*, cui addidit quinque Satrapas primi ordinis, *Jacobum Fil. Uraniſi; Hamzam Fil. Begjari; Kubum Ali; Muſtapham*, & *Dawadarum*, ſibique animos Procerum conciliavit; dein cum ſeſe *Arzengjanum* conferret, aufugit inde *Tabartan*, de quo ſupra, qui in fuga ſua ſeſe recepit ad *Timurum*, & urbe *Arzengjano* potitus *Bajazeth*, opes *Tabartani* intercepit, theſauroſque & Gynecæum ejus, quæ ſuis conceſſit Ducibus, pueris, & miniſtris. Reverſuſque cum opibus & ſarcinis applicuit ſeſe obſidendæ *Conſtantinopoli*. Dormientis vero *Timuri* malitiam excitarunt *Cara-Jiluc* & *Tabartan*, etſi per ſe ſatis eſſet mobilis in malis jugiter inferendis, donec ſe converteret ad hanc regionem, & promiſcue regiones & homines diriperet. Ac pervenerunt *Arzengjanum*, ſtragem inferentes, unde profecti populabundi caſtra metati ſunt ad *Merdinum*, ubi reſtitit ei *Malichus Addahirus*, ob dura, quæ ante, quando ſe iſti proditori ſubmiſerat, perpeſſus erat; pœnituit,

(4) *MS. Gol.* ساعتة.

(5) Leg. procul dubio مصطفي *Muſtapha*, nomen frequens apud *Turcas*.

(6) واردين *aquatum euntes*, nunc, ut apparet ex proximo iſto مفسدين, exſerit graviorem illum ſignificationem, qua ورد, Hebr. ירד ponitur pro *aquatum ire in ſanguinem*, & *cæde ac rapinis omnia implere*.

فندم علي اطلاقه اول مرة كما سيندم يوم القيمة ولم
ينفعه الندامة والحسرة وكان ذلك في سنة اثنين
وثمانماية (٧) والخلف قد وقع بين العساكر الشامية والمصرية
وانحـــــازت الي كـــل فـــــئـــــة وتفرقت
اراوهـــــم ايـــــادي ســـــبـــــا (٥) ومال
هوا كل منهم الي دبور وشمال وصبا واهملوا امور الرعايا
وغفلوا عن حلول الرزايا قلت شعر

مـــن يـــمـــهـــل الاعـــداء ويامن كيدهم
مثل المـــنـــوم وراءه مـــســـتـــيقظ

قلت شعر

والـــلـــص لـــيـــس له دلـــيـــل ساير
نحو الذي يبغي كنوم الحارس

تم

(٧) Leg. potius والخلاف.

(٥) Respicit Auctor Proverbium illud ذهـــبـــوا ايادي سبا
Abierunt

Digitized by Google

pœnituit ergo [Timurum,] quod ipſum prima vice dimiſerat, veluti *qui ſeram aget poenitentiam die reſurrectionis, cum nil ei proderit poenitentia & dolor;* quod contigit A. 802. Jamque orta fuit diſcordia inter copias *Syriacas* & *Aegyptiacas*, quæ ad totum exercitum pervaſit, atque diſperſa fuerunt eorum conſilia (8) *diſperſione Sabæorum, voluitque hic Occidentem; Ille Septentrionem, iſte Orientem verſus*, ac neglexerunt res ſubditorum, nec curarunt mala ingruentia. Protuli verſum.

Qui hoſtes negligit ſecurus de eorum inſidiis, eſt veluti qui altum dormit, dum eum obſervat, qui probe vigilat.

Item:

Latro non meliorem habet ducem verſus eum, quem petit, quam cuſtodis ſomnum.

Tum

Abierunt diſperſi inſtar Sabæorum, quos nempe huc illuc diſperſit fatalis illa *inundatio*, quam سيل العرم vocant. Conf. *Gol.* ad *Alferg.* pag. 87.

(9) Proprie *inclinavit*, هووا, *deſiderium eorum omnium ad Occidentem* &c.

تم قتل تنم ملك الامراء بالشام
(١٠) المحروس اعيان الامراء (١١) والاعلام
المحروس في شهر رمضان من
العام المذكور وبيان هذه الامور
في كتب التواريخ مسطور

قلت شعر

واذا العرين تضعضعت اساده عوت الثعالب
فيه امنة السربي*

ذكر

(10) *Syriam* vocat المحروس *cuſtoditam*, Divino nempe *præſidio*; quod præſumere ſolent de *locis Islamiticis*; ita *Damascum* ſæpe *Bobadinus*, qui idem *Syriam*

Tum interfecit *Tanam* Princeps Satraparum Syriæ *Divinitus protectæ* præcipuos Satrapas, & inſigniores Præfectos, menſe *Ramadano* anni ſupra indicati, quæ negotia expoſita habentur in Libris Annalium. Dixi verſum:

Quando ſe ſubmittunt Leones ſylvae, proclamant ibi Vulpes ſecuram discurſationem.

CAPUT

riam laudat tanquam اصل بلاد اسلام *regionum Islamiticarum radicem* pag. 42.

(11) Potius absque articulo leg. واعلام *inſigniores Præfectorum;* ſic علم القوم *ſignum gentis*, dicunt pro *Domino ejus;* العلم من العجبل *de monte excelſiori.* Mox autem in verſiculo ſubjecto præſtiterit forte, ſi pro تضرعت leges تصرعت a صرع *proſtravit.*

ذكر قصد ذلك الغدار سيواس وما يليها
من هذه الديار ،

ثم ان تيمور وجه عنان الباس نحو مدينة سيواس وبها كما ذكر امير سليمان بن ابي يزيد ابن مراد بن اورخان بن عثمان فارسل يخبر اباه هذا الامر المهول ويستنجده وهو اذذلك محاصر استنبول فلم يطق ان يمد اليه يدا (12) لاحتياجه الي المدد ولبعد المدي (13) فاستحضر من جنده اهل المنعة وحصن المدينة والقلعة واستعد للقتال واستمد للحصار وفرق روس امرايه علي (14) ابدان الاسوار وجهز تيمور من جيشه العيون ليتحقق ما هو عنده مظنون ولما كشفت جيوشه لامير سليمان زينها (15) فر لما ان راي عينها

(12) Mendoſe *Ed. Gol.* الاحتباجه, uti patet vel ex altero ولبعد.

(13) Ita omnino Leg. pro corrupto واستخصر in *Ed. Gol.*

(14) Sic & infra ابدان *corpora*, vel *membra* veniunt de *partibus*

C A P U T LXIII.

Contendit iſte Proditor Saiwazum, & ad ejus ditiones.

Dein vertit *Timur* habenas audaciæ ad Urbem *Saiwazum*, quam tenebat, ut ſupra dictum, *Princeps Soliman*, *Fil. Bajazethi*, *Fil. Moradi*, *Fil. Orchani*, *Fil. Othomani*, qui, miſſo nuntio, Patrem ſuum de terrifica hac re certiorem fecit, & ad opem ſibi ferendam excitavit, occupatum tunc in obſidenda *Conſtantinopoli*, ſed non potuit ei opem ferre, quod ipſe pluribus copiis indigeret, & propter locorum diſtantiam; tum collegit ex copiis ſuis fortiores ſuos milites, munivitque urbem, & arcem, ſeque præparavit ad pugnam, & præſidia contraxit ad ſuſtinendam obſidionem, ac ſingulis Ducibus ſuis partem murorum commiſit, emiſitque *Timur* ex exercitu ſuo exploratores, ut certior fieret de eo, quod ſecum ſuſpicabatur, cum autem *Principi Solimano* copiarum ejus elegantia apparuit, ad adſpectum earum aufugit, conſtituitque ad Patrem ſuum ſe conferre, pactus cum Ducibus

bus

partibus & quidem ſpeciatim *pinnis* aut *Loricis mœnium* pag. 377. *Ed. Gol.* nam *Arabismus* proprie habet *diſtribuit Capita Ducum ſuper corporibus murorum.*

(15) Ita *MS.* pro vulgato [illegible], quod ſenſum turbat.

Digitized by Google

عينها فعزم علي التوجه الي ابيه واشترط مع امرايه وذويه
انهم يحفظون له البلاد بينما يجهز لهم العدد والعدد فلم
يسعهم الا الموافقة والتخلف وعدم المرافقة فزام لنفسه
الخلاص (١٦) وافلت وله حصاص فوصل اليها تيمور بتلك
السيول الهاميه سابع عشر
ذي القعدة سنة اثنين وثمانمايه
ولما (١٧) احل بسيواس رجله
الشومي قال انا فاتحوا
هذه المدينة في ثمانية عشر يوما ثم اقام في
محاصرتها علامات الحشر وفتحها في اليوم الثامن
عشر بعد ما عثي فيها وعاث وذلك يوم الخميس
خامس المحرم سنة ثلاث وبعد ان حلف للمقاتلة ان لا
يريق دمهم وانه يزكي
دمهم ويحفظ حرمهم وحرمهم ولما
فرغت المقاتلة واستمكن من المقاتلة ربطهم في
الوثاق سربا وحفر لهم
في الارض سربا والقاهم احياء
في

Digitized by Google

bus & militibus ſuis, ut ſibi cuſtodirent urbem, dum iis de copiis & apparatu proſpiceret, neque potuerunt, niſi conſenſum ei præbere, ac retromanere, nec licebat eum ſequi; quæſivit autem ſibi ipſi ſalutem, *elapſusque eſt fuga prætrepida.* Acceſſit vero *Timur* ad Urbem cum *effuſis* iſtis ſuis *torrentibus*, die decimo ſeptimo Menſis *Dulhagiæ* A. 802, cumque pede ſuo infauſto ſubſtitiſſet ad *Saiwaſum*, dixit: *ego expugnabo hanc urbem die decimo octavo;* tum erexit in ea obſidenda *ſigna extremi judicii*, eamque expugnavit die decimo octavo, poſtquam eam infeſtaverat, die nempe Jovis, quinto menſis *Muharrami* A. 803. cum juraſſet militibus præſidiariis, ſanguinem eorum ſe non effuſurum, eosque protecturum, & conſervaturum eorum familiam & bona; finita tamen oppugnatione, cum in poteſtate haberet milites, in vincula eos agminatim dedit, iisque effodi juſſit cryptam ſubterraneam, & vivos eos projici in illas foveas, veluti *projecti fuerunt in puteum*

(16) Eandem formulam habes in *Excerptis ex Iſpab.* p. 19. ubi conf. *Cl. Schult.*

(17) Mendoſe *Ed. Gol.* اجلسب سيواس cujus litera finalis ب manifeſto pertinet ad mox ſequentem vocem بسيواس, uti nunc edidi. Niſi quis malit جلست بسيواس.

في تلك الاخاديد كما القي (18) في قليب بدر الصناديد
وعدد من القي في تلك الحفر كان ثلاثة الف نفس ثم اطلق
عنان النهاب واتبع النهب الاسر والخراب وكانت هذه
المدينه من اظرف الامصار في احسن الأقطار ذات عماير
مكينة واماكن حصينة ومآثر مشهودة ومشاهد (19) للخير
معهودة ماوها رايق وهواها للامزجة موافق وسكانها
من احشم الخلايق يتعانون التوقير (20) والاحتشام ويتعاطون
اسباب التكلف والاحترام وهي متاخمة ثلاث تخوم
الشام واذربيجان والروم واما الان فقد حلت بها الغير
وتفرق اهلها شذر ومذر وانمحت مراسم نقوشها فهي
(21) خاوية علي عروشها.

ذكر

(18) Alludit ad *Duces Koreiſchitarum*, quos in *prælio Bedrenſi* cæſos *Muhammed* in *puteum* projici juſſit. v. *Abulf. vit. Muh.* pag. 60. ubi *Duces* hosce itidem appellat الصناديد, quod

teum Bedrenſem Duces [*Koreiſchitarum.*] Fuitque numerus ita projectorum in iſtas foveas ter millium. Dein *laxavit habenas direptionis*, & ſequi fecit rapinas, vincula & vaſtationem. Erat autem hæc urbs magnarum Urbium elegantiſſima, in pulcerrimo tractu ſita, publicis fabricis inſignis, munimentis, dotibus inclytis, & monumentis Martyrum omnium ore celebratis. Aqua ejus eſt puriſſima, aër temperaturis corporis ſalubris; cives ejus præ aliis verecundi, amant admodum magnificentiam & pompam, plurimumque ſtudium ponunt in ceremoniarum & reverentiæ modis. Eſtque hæc urbs confinis trium Provinciarum limitibus, *Syriæ* nimirum, *Aderbigjanæ*, & *Rumæorum*, ſed nunc ſede plane eſt mutata, & everſa, incoliſque huc illuc diſperſis, funditus deleta, & vaſtata jacet.

CAPUT

quod vocabulum fraudi fuit *Vattierio* reddenti, ac ſi eſſet nomen proprium, *comme le furent les Sandides*.

(19) Minus bene *Ed. Gol.* للتجبر pro للخبر quod unice hic quadrat.

(20) Sic *MS.* recte pro vulgato والاختشام.

(21) Ex *Cor. Sur.* II: 260.

ذكر انسجام صواعق
ذلك البلاء الطام من شمام
الغرام على فرق
ممالك الشام ،

ولما (22) استنقي سبواس لحمها ونقبها واستوفاها حصدا ورعيها فوق سهام الانتقام الي (23) مدي ممالك الشام بجنود ان قبل كالجراد المنتشر فالجراد كان من اعوانها او كالسيل المنهمر فسيل الدماء جار من فرندها وخرصانها او كالفراش المبثوث فالفراش يحترق عند تطاير سهامها او كالقطر الهامي فالديم (24) تضمحل عند انبعاق قتامها رجال توران

C A P U T LXIV.

Turbines fulminei iſtius ærumnæ tumidæ ex nubibus exitii effunduntur ſuper verticem Regionum SYRIÆ.

Cum ergo *Saiwaſum* ad *carnem usque* & *medullam* expurgaſſet, eamque penitus exhauſiſſet *metendo* & *paſcendo*, direxit ſagittam ultionis ad delendas ditiones Syriæ cum exercitu, qui ſi dicatur inſtar locuſtarum late diffuſarum; ſane fluxus ſanguinis manabat ab acie gladiorum, & cuſpidibus haſtarum, aut, ut pyrallides diſperſæ; ſane pyrallides adurebantur, quum volarent ſagittæ ejus; aut ſicut pluvia effuſa; ſane pluviæ continuæ abſumebantur ad conglobationem pulveris ejus. [Aderant] milites

(22) Conf. de hac locutione *Cl. Schult. Animadv.* pag. 307.

(23) Mendoſe مجي in *Edit. Gol.* pro مسحي *deletio* prop. *abſterſio.* Alia vero Lectio habet نسحو *tractus* &c.

(24) Ita *Cod. Picq.* pro تضحك in *Ed. Gol.* quod minus aptum huic loco; confer autem de uſu verbi ضحك ſupra p. m. 271.

توران وابطال ايران ونمور تركستان
(25) وببور بلخشان وصقور
الدشن والخطا ونسور
المغول وكواسر (26) الجتا وافاعي
خجند وثعابين اندكان
وهوام خوارزم وجوارح جرجان
وعقبان ضغانيان وضواري
حصار شادمان وفوارس فارس
واسود خراسان وضباع (27)
الجبل وليوث مازندران وسباع الجبال
وتماسيح رستمدار وطالقان
واصل قبايل (28) خوز وكرمان وطلس
ارباب طبالسة اصبهان ونياب
الري وغزني وهمدان وافيال الهند
والسند وملتان وكباش
ولايات اللور وثبران (29) شواهيق الغور
وعقارب (30) شهرزور (31) وحشرات عسكر
مكرم وجندي سابور سعر
قوم

(25) Mendoſe *Ed. Gol.* مببور pro ببور *Tigrides*, uti ſupra p. m. 228. n. 95.

(26) Corrupte *Edit. Gol.* الجتا & mox ايدكان pro اندكان, quod verum nomen eſt Urbis hujus, vel Regionis in *Trans-Oxiana* ſitæ, quæ alias dicitur *Fergana*, Patria ſæpius laudati Geographi *Muhammedis Alfergani.*

militos *Iranenſes*, bellatores *Thuranenſes*, *Pardi Turcici*, *Tigrides Balachſanienſes*, *Accipitres Deſchtæi*, & *Chatæi*, *Vultures Mogulenſes*, *Aquilæ oſſifragæ Geticæ*, *Viperæ Chogendicæ*, *Baſiliſci Andechanenſes*, *Serpentes Choäresmii*. *Feræ Garganenſes*, *Aquilæ Daganianenſes*, *Canes venatorii Haſar-Sjadmanenſes*, *Equites Perſici*, *Leones Choraſanenſes*, *Hyænæ Ghilanenſes*, *Leones Mazenderanenſes*, *Feræ Montanæ*, *Crocodili Reſtemdarienſes*, & *Talicanenſes*, *Aſpides Tribuum Suſianæ* & *Carmaniæ*, *Lupi*, *qui ex capite faſcias demittunt*, *Iſpahanenſes*, *Lupi Rajenſes*, *Gaznenſes*, & *Hamedanenſes*, *Elephanti Indici* & *Sindici*, & *Multhanenſes*, *Arietes ditionum Lurenſium*, *Tauri præcelſorum montium Gjaurenſium*, *Scorpiones Sjabreſouri*, & *Serpentes Asker-Macremi* & *Gjundiſapuræ*. Verſus:

Genus,

(27) Sunt populi Regionis جيلان *Gilan*, inter montes *Deilem* & *Mare Caſpium*; *Ptolemæi* ac *Strabonis Gali* & *Gelæ* v. *Gol. ad Alferg*. pag. 201.

(28) Ipſos *Suſianos* notat nomen خوز quorum Regio hinc appellatur خوزستان v. *ibid*. pag. 118.

(29) *Gaur* regio eſt montana inter *Heratam* & *Gaznam*, de qua vid. *Ind. Geogr*. in voce *Gaur*.

(30) *Sjabrezourum* caput eſt *Curdiſtaniæ*, deſcriptum ad *Alferg*. pag. 226, 229.

(31) *MSS*. habent جرارات *Scorpii parvi*, *qui gravem caudam trahunt*. *Asker-Mocram* vero Urbs eſt *Irakæ Arabicæ*, quæ alio nomine *Sermenraja*, quin & *Samarra* dicitur, quo nomine inter Urbes *Irakæ Arab*. recenſetur ab *Abulf. Tab*. VII. Conf. *Herbel*. pag. 133 & 808. Altera autem urbs *Gjundiſapura* eadem illa eſt, quam a Rege Perſarum *Sapore*

 conditam

قوم اذا الشر ابدي [32] ناجذيه لهم
طاروا اليه زرافات ووحدانا

مع ما اضيف اليهم من [33] عساكر الخدم وفراعل التراكمة
والاوباش والحشم وكلاب النهاب من رعاع العرب وهمج
العجم وحثالة عباد الاوثان وانجاس مجوس الامم ما لا
يكتنفه ديوان ولا يحيط به
دفتر حسبان وبالجملة فانه الدجال
ومعه ياجوج وماجوج والرياح
العقيمة الهوج فتوجه والنصر
قايده والسعد رايده والقضا
موافقه والقدر مساعده ومشية
السلطنة تعالي سايقته وارادة الله
عز وجل في [34] تدمير العباد والبلاد
سابقته فبلغ خبره البلاد
الشامية واتصل ذلك بالديار
المصرية

conditam refert *Abulph.* H. D. pag. 129. ut ſedes eſſet Conjugis ſuæ, *Aureliani* Imperatoris Filiæ. Conf. *J. J. Schultzii Commentatio de Gandiſapora, Perſarum quondam Academia Medica*, inſerta *Commentariis Acad. Petropolit.* T. XIII.

Digitized by Google

Genus, quod quum malum molares ipſis dentes nudat,
Ad illud agminatim convolant, & ſeorſim.

Quibus additi erant *pulli hyænarum mancipiorum* & *Turcomannorum*, turbæque miſcellæ, & adſeclarum, *Canes rapaces* abjectiſſimorum *Arabum*, *viles muscæ Perſarum*, *faex peſſima Idololatrarum*, & *ſordes Magorum*; multitudo, quam nullus codex comprehendere, nullumque album rationarium complecti poſſit. Verbo ut dicam, erat ille *Antichriſtus*, quocum *Gog* & *Magog*, *procellaeque calamitoſae*. Quocumque ſe convertebat, ducebat eum Victoria, pro pabulatore ipſi erat Fortuna, propitio utebatur Fato, opem ferebat Providentia, impellebat eum Voluntas Divina, ſtudiumque Dei O. M. eum in perdendo mundo antevertebat. Cum autem pervenit rumor ejus in Provincias *Syriae*, pertigitque ad Regiones *Aegypti*, allatum eſt *Mandatum*

(32) Mendoſe *Ed. Gol.* باجريه & mox واحداء pro ووحدانا uti Verſum hunc edidit *Cl. Schult.* in *Hamaſa* pag. 306.

(33) Turbat vulgo receptum عابر, *tranſiens*, quod *Vatt.* dedit *les eclaves fugitifs*; appoſite vero Alia Lectio præfert عسابر *pulli hyænæ ex lupo* ejusdem fere ſignificationis cum ſequente فراعل. Conf. *Gjeubar.* in voce عسبر.

(34) Ita procul dubio legendum pro تدبير *regere*, *disponere* in *Ed. Gol.* ubi corrupte mox etiam سايقته, quod præcedentem pericopam jam clauſerat, repetitur, refingendum in سابقته *ante vertens*, *præcedens eum.*

للمصرية فورد مرسوم شريف الي نايب الشام وساير النواب
والحكام وغزاة الدين وكماة الاسلام ان يتوجهوا الي حلب
(35) ويموا عليه الجلب ويجتهدوا في دفعه ويتعاونوا علي منعه
فتجهز نايب الشام سيدي سودون مع النواب والعسكر
ورحلوا الي حلب سنة ثلث وثمانماية في شهر صفر ووصل
تيمور الـي (36) بهسنا فنهب ضواحيها ولم يبق بها سنا
وحاصر قلعتها ثلاثة وعشرين ليلة فاخذها ولكن كف
عـنـيـهـا لـلـطـبـيـعـة ربـانـيـة تيموره (37)
وويله ثم اوطا مدينة ملطـيـه فـابـادهـا
ودك (38) اطوادها ثم حل كعبه (39) المسوم بقلعة الروم
وكـان نـايـبـهـا الناصري محمد بن موسي بن شهري
وسنذكر ما جري له معه مشبعا وكيف اجتهد في مجاهدته
وسعي واقام لها يوما فلم يفتح له روما فلم يحتفل لها
بحصار وهياج وقال هي اهون علي مـن (40) تباله علي
الهجاج

(35) *Ed. Gol.* بنموا manifeſto corruptum ex ينموا IV. ſp. verbi نمي *increvit.*

(36) Arx *Halebum* inter & *Malatiam.* Vid. *Hiſt. de Timur-Bec.* t. III. pag. 282. videturque eadem, quæ in *Vita Salad.* p. 39. & *Excerptis* ex *Abulf.* pag. 15. ſcribitur بهنسا *Babneſta* v. *Ind. Geogr.* imo & infra pag. 173. *Ed. Gol.*

(37) Mendoſe وريله in *Edit. Gol.* litera و, ut ſæpe acci-
dit,

tum *Nobile* ad Gubernatorem *Syriae*, & reliquos Gubernatores, ac Satrapas, & Defenſores *Religionis*, ac propugnatores *Islamismi*, *ut ſeſe Halebum conferrent*, *numeroſoque adverſus eum contracto exercitu*, *omne ſtudium ponerent in eo repellendo*, *& conſpirarent in ipſo cohibendo.* Omni itaque adhibito ſtudio, Gubernator *Syriae Seidi Sudun* cum Ducibus atque exercitu movit *Halebum* A. 803, Menſe *Saphero*. *Timur* vero venit ad *Bebesnam*, cujus agrum circumjacentem penitus devaſtavit, arcemque poſt obſidionem 23 dierum cepit, verumtamen per gratiam Dei exitium ab ea fuit averſum. Dein conculcavit urbem *Malatiam*, eamque perdidit, ejusque *montes* comminuit. Dein pedem ſuum promovit ad *Arcem Erroumum*, cui præfectus erat *Naſerius Muhammed Fil. Moſis Fil. Sabarii*, de cujus cum ipſo negotiis, & quanta cum contentione ipſi repugnaverit, deinceps abunde dicetur. Subſtititque ad [Arcem] illam uno die, ſed *Erroumum* non expugnavit, neque voluit laborare in ea obſidenda, & impugnanda, dicens:

dit, in ر operarum errore commutata. Frequens autem hoc ſenſu ويل *væb* pro *calamitate*; ita ſupra ſub finem *Cap.* LV. وحل الويل *ſubiit Indos ejulatus.*

(38) Vox اطواد videtur nunc ſignificare *munita in montibus caſtella*, quibus defendebatur *Malatia*, Veterum *Melitine*. v. *Gol. ad Alſerg* p. 264 ſq. Sic ſupra p. m. 228. *paxilli montium firmi ſtatum probe munitum & tectum* figurant.

(39) Quidni potius المشوم *infauſtus*, æque, uti præcedenti Capite dixit مرجمه المشئومى? De *Arce* vero *Erroumo* v. *Ind. Geogr.*

(40) *Ed. Gol.* كبالة mendoſe pro تبالة nomen urbis, in via, quæ a *Mecca* ducit

الحجاج وذلك انه لما راها من بعيد قال فيها ما قاله من لم
يصل الي العنقود والحق انه لما راها قال ان الله لما
بناها انخرها لنفسه واصطفاها ثم انجاب ذلك السحاب
الي (٤٢) عين تاب فكان نايبها اركماس رجلا شديد
الباس فحصنها واستعد (٤١) وباشر للقتال بنفسه واستبد ثم
جرح فهرب الي حلب فلم يرسل وراه الطلب.

ذكر

cit ad *Sanaam*, ſitæ, de qua, ejusque cognomine ab حجـــاج, plura dabit *Gol.* ad *Alferg.* pag. 83. Longius autem aberrat *Vatt.* reddens: *diſant, qu'elle ne valloit pas a y penſer.*

(41) Alludit nempe ad *vulpem* in *fabula*, uvis inhiantem, qui, *cum eas non poſſet tangere*, ſeſe *nolle amaras*, ſcilicet, ajebat.

Digitized by Google

dicens : *Haec mibi facilior eſt*, *quam Tebala* [urbs] *Ali Hegjagi*; cum eam e longinquo conſpiciebat, dixit de ea, quod ille, *qui ad* [41] *botrum pertingere non poterat*, revera autem, ubi eam vidit, dixit: *Deum eam*, *quum condiderat*, *ſibi ipſi ſepoſuiſſe ac ſelegiſſe*. Tum pervaſit iſta *nubes Ainotabum*, cujus Præfectus *Arkemas* erat vir fortiſſimus, qui eam munivit, ſeque præparavit, & ipſe pugnam inivit, in qua ſolus relictus, mox vulnere accepto, aufugit *Halebum*, neque pone eum *procus* fuit immiſſus.

CAPUT

(42) Conf. hac de urbe prope *HALEBUM* ſita *Ind. Geogr.* in *Vit. Saladini.*

(43) Ita *MS.* recte pro باش ſed præſtat tunc in *accuſ.* legere العتال, uti ſolet conſtrui باشر, quod de eo adhibetur, *qui ipſe rebus curandis adeſt.*

Eeee

Digitized by Google

ذكر ما ارسل من كتاب
وشنيع خطاب الى
النواب بحلب وهو في عين تاب ،

ثم ارسل الى النواب قاصده
وهو في عين تاب وصحبته مرسوم
بانواع التفخيم موسوم وباصناف
التهويل مرقوم ومن جملته ان
يطيعوا اوامره ويكفوا عن
القتال والمكاشرة ويخطبوا باسم محمود
خان وباسم الامير الكبير
تيمور كوركان ويرسلوا اليه اطلمش
الذي كان عنده فخانه
واقتنصه وارسله التركمان وارسله
الي مصر لحضرة السلطان ،
واطلمش هذا زوج بنت

اخت

C A P U T LXV.

De epiſtola & foeda oratione, quam miſit ad Duces Halebenſes, dum ipſe eſſet Ainotabi.

Tum miſit ad Duces nuntium, dum eſſet *Ainotabi*, & cum eo mandatum variis jactantiis inſignitum, diverſisque comminationibus conſcriptum, cujus ſumma hæc fuit: *ut mandatis ejus morem gererent, & abſtinerent a pugna & hoſtilitate, ut nomen Mahmudi Chani, nomenque Principis* MAGNI TIMURI (44) *Kurkhani e ſuggeſtis recitaretur, utque ad eum mitterent Atilmisjumdi*, qui apud eum fuit, ſed perfidiæ reus comprehenſus, quem abduxit (45) *Turcomannus*, & miſit ad Sultanum [*Aegypti.*] Habuit autem hicce *Atilmiſch* conjugem Filiam ſororis *Timuri*, veneratque in *Syriam*, antequam

(44) Ratio hujus Tituli poteſt optime intelligi ex eo, quod ipſe Auctor obſervat p. m. 26. Conf. *Herbel.* pag 878.

(45) *Turcomannus* ille juxta *Ben Schunah* apud *Herbel.* pag. 887. fuit *Cara-Joſeph*, & ita quoque *Hiſt. de Tim.-Bec* Tom. III. pag. 275, ubi hæc leguntur: *il ſe donna un combat entre Atilmich Coutchin, Gouverneur d'Avenic pour Timur, & Cara-Jouſeph Prince des Turcomans, ou Atilmich aijant été fait priſonnier, Cara-Jouſeph le chargea de chaines, & l'envoya au Caire, au Sultan Barcouc* &c. Conf. pag. 276, 304, & 320.

Digitized by Google

لخت تيمور وكان جاء الي الشام قبل وقوع هذه الشرور
وفيما بين ذلك الامور كان لها بطون فصار ظهورا
وكان اولا في مصر محبوسا ونال ضرا وبوسا ثم
صار معززا مكرما معظما مقدما وكان تيمور عليه
مغضبا وجعل ذلك حجة للمعاداة وسببا ثم شرع يقول
وهو يجول في ميدان هذه الرسالة ويصول انه هو اولي
بسياسته الانام وان من نصبه هو الخليفة والامام وانه
ينبغي أن يكون هو المتبوع وما سواه من ملوك الارض
له خدام واتباع واني لغيره مرتبة الرياسه وكيف تعرف
(46) الجراكسه طرق السياسه مع كثير من التهويل والحشو
والتطويل وكان يعلم ان اجابتهم سوله محال وانه طلب
منهم ما لا ينال ولكن قصد بذالك قرع باب الجدال
وتركيب الحجة عليهم في فتح حجرات القتال فلم يجيبوه
بالمقال ولكنهم قضوا مراده (47) بالفعال ولم يلتفت سيدي
سودون لما يقول وضرب (48) علي روس الاشهاد عنق
الرسول واستعدوا للمبارزة واستمدوا للمناجزة.
ذكر

(46) *Circaſſios* ſpeciatim notat *Timur*, quippe qui mancipia primum *Aegypti Syriæque* Regnum nunc obtinebant, quod tenuerunt per 138 annos ab A. nempe *Hegiræ* 784, usque ad A. 923.

(47) *Arabismus* fert, *voluit ita pulſare januam belli.* Conf. *Har.* III. p. 180., unde *Proverbialis* illa *formula*, qua utitur *Borbanedd*.

antequam hæc mala irruiſſent, atque interea dum inter iſta negotia primum latuit, mox conſpicuus evaſit; fuitque primum in *Aegypto* captivus, maliſque & adverſis obnoxius, ſed dein honoribus & auctoritate eminuit. In eum autem iratus *Timur* id habuit pro prætextu, atque occaſione belli inferendi, & incepit dicere, *gyrans in hippodromo hujus epiſtolae, ferociusque inſultans: ſuo Imperio omnes obnoxios eſſe mortales, & , quem ipſe conſtitueret, eum demum eſſe Chalypham atque Antiſtitem; oportere, ſe eſſe Dominum, cui ceteri omnes Reges terrae ſerviant, & obſequantur; & undenam alii praeter ſe fuerit peritia Principatus, ac qua demum ratione noverint Circasſii artem Regnandi?* cum multis coloribus, & verborum copia, ſermoniſque prolixitate; probe autem noverat fieri non poſſe, ut ſuæ petitioni morem gererent, ſeque ab iis petere, quod nunquam obtineret, ſed voluit ita (49) *aditum ſibi parare ad bellum*, & concinnare cauſam contra eos *aperiendi pugnae conclavia.* Illi autem *verbis* quidem ipſi non responderunt, *ipſo tamen opere* eum voti compotem fecerunt, & *Seidi Sudon*, nil curans ejus verba, *publice* amputari juſſit cervicem Legati; ſeque præpararunt ad deſcendendum in arenam, copiaſque contraxerunt ad conſligendum.

CAPUT

Borbanedd. Encbirid. p. 58. من قرع الباب ولح ولج, *qui pulſat januam, & inſtat ingreditur;* prorſus uti *Matth.* VII:: 8. τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

(48) Recte ita *MS.* pro vulgato بالفعل namque فعال poſtulat *Kafia.*

(49) Formula hæc proprie habet, *ſupra capita adſtantium,* quod idem nunc videtur eſſe, ac *publice; capita* enim *adſtantium*

 ponuntur

ذكر ما (50) تمالا عليه النواب وهم في حلب
وتيمور في عين تاب ؛

ثم ان النواب والامراء ورؤوس الاجناد والكبراء تشاوروا كيف يكادحونه وفي اي ميدان يناطحونه فقال بعضهم عندي الراي الاسد ان نحصن البلد ونكون علي اسوارها بالرصد نحرس (51) بروج افلاكها حراسة السماء باملاكها فان راينا حوالبها من شياطين العدو احدا ارسلنا عليه من (52) رجوم السهام ونجوم المكاحل شهابا رصدا وقال اخر هذا عين الحصر وعلامة العجز (53) والكسر بل نعلق حوالبها

ponuntur pro *ipſis* iis, *qui præſto ſunt*, & *præpoſitio* عـــلى hunc habet uſum, ut tantumdem notet, ac *coram;* ſic علي ملا الناس eſt *coram populo, in conſpectu omnium.*

(50) Conf. *Cl. Schult. Animadv.* pag. 42. Alia vero L. habet تـــوالا.

(51) Venuſte ludit, namque بـــروج افـــلاك notant quoque *ſigna Zodiaci*, quaſi *turres orbium cœleſtium; Cor. Sur.* XV: 16 & LXXXV: 1. nunc autem *turres altiſſimas*, & quaſi *cœlum vertice ferientes*, quæ urbem ambiebant. Conf. luculentum urbis hujus, vulgo *Aleppo*, dictæ conſpectum, quem dedit *Gol.* ad *Alferg.* pag. 270 ſqq.

C A P U T LXVI.

Narratur, quomodo DUCES HALEBENSES *conſpiraverint contra* TIMURUM, *qui* AINOTABI *erat.*

Tum Gubernatores, Duces, Præfecti exercitus, & Magnates conſilium inter ſeſe iniverunt, quomodo obviam ipſi irent, & quonam in campo in eum arietarent, dixitque unus ex illis: *videtur mihi optimum, ut muniamus urbem, atque ſuper ejus muris excubias agamus; cuſtodiamus turres orbium ejus, quemadmodum cuſtodiuntur cœli ab Angelis ſuis; quod ſi circum ea ex dæmonibus hoſtis aliquem conſpexerimus, mittemus in eum veluti ſtellas cadentes ſagittarum, & aſtra ſclopetorum, flammam ad cuſtodiam poſitam.* Dixit vero alius: *Hoc eſt ipſiſſima anguſtia, ſignumque impotentiæ,*

(52) Sunt locutiones ex *Cor.* ubi *Satanas* ſæpius *ſtellis cadentibus*, acſi eſſent *lapides*, obrutus comparet v. *Maracc. Refut. Cor.* pag. 386. ſq. & *Sur.* LXVII: 5. Phraſin vero شهابا رصدا habes *Sur.* LXXII: 9. De gemino autem uſu τῶν مكاحل, quæ *ſtyli* proprie ſunt ad *oculos ſtibio illinendos*, v. ad p. m. 324. n. 57.

(53) Ita recte *MS.* addicente etiam *Kaſia* pro vulgato والكس

حواليها ومنع العدوان يصل اليها ويكون ذلك افسح
المجال واشرح للجدال ثم ذكر كل من اولئك ما عن
له في ذلك وخلطوا غث القول بسمينه وساقوا هجان الراي
مع هجينه فقال الملك المويد شيخ (54) الخاصكي وكان ذا
راي مسدد وهو اذذاك نايب طرابلس يا معشر الاصحاب
واسود الحراب وفوارس الضراب
اعلموا ان امركم خطر وعدوكم
داعر عسر داهية دهيا ومعضلة
عضلا جنده ثقيل (55) وفكره وبيل
ومصابه عريض طويل فخذوا
حذركم واعملوا في دفعه بحسن
العيبة فكركم فان صايب
الافكار يفعل ما لا يفعله الصارم
البتار ومشاورة الاذكياء مقدحة
الفكر ومباحثة العلماء مقدمة
النظر ان هذا البحر ما يحمله بر وجيشه عددا كالقطر والذر
وهو وان كان كالوابل الصيب
لكنه (56) اغمي لانه وبي بالادنا
غريب

(54) Cognomen honoris eſt الخاصكي compoſitum ex خاص & كي, quod Perſice *Regem* notat, unde

potentiæ, *& adflictionis; circumdemus potius urbem*, *ac propellamus hoſtem*, *ad eam accedentem; ſic ampliorem habebimus campum prælii*, *& liberiora dimicandi ſpatia.* Tum expoſuit quisque eorum, quod ſibi ea de re videretur, ac *miscuerunt ſententiam macram cum pingui*, *ac conſilium nobile cum ignobili;* dixitque *Al-Malichus*, *Al-Muejidus Sjeich Al-Chaſſaeki*, Vir conſilii ſaluberrimi, qui tunc temporis Præfectus erat *Tripolitanus: ô concilium Sociorum*, *Leones*
„ *bellici*, *& Equites pugnaces! ſcitote negotium Veſtrum*
„ *eſſe arduum*, *cum hoſtis Veſter ſit nebulo difficillimus*, *pro-*
„ *digium calamitatis*, *& vir valde periculoſus*, *cujus militia*
„ *gravis eſt*, *meditatio vehemens*, *& moleſtia quoquoverſus*
„ *diffunditur; cavete itaque vobis ab eo*, *atque adhibete ad*
„ *eum pulcerrima arte repellendum veſtram prudentiam*, *nam-*
„ *que prudens conſilium efficere poteſt*, *quod non poteſt gladius*
„ *acutisſimus. Conſultatio ſagacium ignitabulum eſt pruden-*
„ *tiae*, *& disputatio doctorum ducit ad perſpicaciam. Hoc*
„ *mare continens ferre nequit. Exercitus ejus numeroſus eſt*
„ *inſtar guttarum & atomorum; ac*, *etſi ſit veluti effuſus*
„ *imber*, *tamen obtectus eſt*, *quippe in noſtra regione pere-*
„ *grinus.*

unde ſignificat *peculiarem*, *familiarem Regis.* Hinc *Chaſſæki* ſpeciatim titulus eſt *Sultanæ Primariæ*, ſive *Matris primi Principis.*

(55) Ita *MS.* recte pro vulgato وفرة.

(56) *Ed. Gol.* اكمسي ſed *MS.* اغمسي, quod de *denſis nubibus* frequentatur, quæ cœlum ita obducunt, ut Sol ſive Luna conſpici nequeat, hinc de eo, quod *obtectum*, atque adeo *incognitum*, non ſatis diſtingui poteſt, qui idem uſus ſub cognato quoque غم regnat.

غريب فعندي الراي الصايب ان (57) نحصن المدينه من
كل جانب ونكون خارجها
مجتمعين في جانب واحد وكلنا له
مراقب مراصد ثم نحفر حولنا
خنادق ونجعل اسوارها (58) الببارق
والبوارق ونطير الى الاوماق
لجنحة (59) البطايق الى الاعراب
والاكراد والتراكمة وعشران
البلاد فيتسلطون عليه من
الجوانب ويثب عليه كل راجل
وراكب ويصير ما بين قاتل
وناهب وخاطف وسالب واني له ذلك فغي شر مقام
وان تقدم البنا (60) صافحناه بسواعد
الاسنة واكف (61) الدرق وانامل
السهام وان رجع وهو المرام رجع
بخيبة واقيمت لنا عند سلطاننا
الحرمة والهيبة وان كان (62)
سلطانه علينا عرج فلنا بجهد السلطة
سلطان

(57) *Ed. Gol.* minus bene تحصن, uti ex ſeq. نكون facile apparet.

„ *grinus. Mihi itaque optimum videtur, ut urbem undiquaque muniamus, ac foris in uno latere congregati, omnes eum ex inſidiis obſervemus, ductisque circum nos foſſis, faciamus muros vexilla, & arma fulminantia, ac volare faciamus alas pittaciorum ad Arabes, Curdos, Turcomannos, ac poſſeſſores Regionum, ut undiquaque in eum impetum faciant, atque irruant in eum omnes pedites & equites, occidentes, diripientes, depraedantes & ſpoliantes; quod ſi ſubſiſtat (ſed, quomodo id poſſet?) erit certe in loco peſſimo; ſin ad nos accedat, excipiemus eum bracchiis cuſpidum, & manibus ſcutorum, & digitis telorum; ſin redeat, quod maxime optandum, redibit cum fruſtratione voti, atque nobis conſtabit apud Sultanum noſtrum bonor & reverentia; ſin vehementia ejus nos magis urgeat, utique (laus ſit Deo!) nobis quoque eſt robur & in robore* „ [Sultano]

(58) Conf. *Iſpaban.* p. 13. ubi itidem البيارق & البوارق eleganter geminatur.

(59) بطاقة cujus *pl. fr.* hic habemus, notat *particulam lintei*, vel *chartæ panno affixam, cui nota pretii eſt inſcripta*, & hinc *epiſtolium*, quod *columbæ* alligatur, quæ ita tabellariorum vices gerunt, quem in uſum *Halebi columbas* ali vidit *Theven. Itin.* t. II. pag. 60.

(60) Præſtiterit forte مانعناه *repellemus eum.*

(61) Mendoſa ſcriptio eſt الذرق, pro quo aut legendum الـــدرق *clypei*, aut, quod præferendum puto, الـــزرق *mucro teli* vel *baſtae.*

(62) Corrupte *Ed. Gol.* بلطانه pro سلطـــانه, quod idem nunc eſt ac قوة, luditque Auctor in ambigua hujus vocis *Sultan* ſignificatione.

Digitized by Google

سلطان وفي سلطاننا فرج
واقل الاشياء ان (63) نمساه ونتحرز من
جنده فعسى الله ان (64) ياتي بالفتح
او امر من عنده وهذا الراي
الاسد بعينه كان راي شاه
منصور الاسد فقال تمرداش وهو
نايب المدينة ما هذه الاراء
مكينة ولا هذه الافكار رصينة
بل المناضلة خير من
المطاولة والمناجزة في هذا الموطن
قبل المحاجزة ومقام المنازلة
لا تجدي فيه المعازلة ولكل مقام
(66) مقال ولكل مجال
جدال وهذا طير في قفص وصيد
مقتنص فاغتنموا فيه
الفرص (67) وناوشوه الحرب وسابقوه
بالطعن والضرب لئلا يتوهم
فينا الخور ويستنشي من
ركود ريحنا عن (68) الطفر
فاجمعوا

„ [Sultano] *noſtro erit liberatio. Saltem protrahere ei tempus* „ *debemus, ac nobis cavere ab ejus copiis; forte autem Deus* „ *dabit victoriam, aut aliquod mandatum a ſe profectum.* Conſilium hoc, quod revera optimum erat, olim quoque adhibuit *Sjah Manſur Leo ille.* At dixit *Temerdas* (65) Urbis [*Halebi*] Præfectus: *ſententiæ hæ infirmæ ſunt,* „ *& hæc conſilia invalida; imo vero præſtat pugna-* „ *re, quam protelare, & deſcendere in hunc cam-* „ *pum, antequam pugnandi copia adimatur; & in* „ *loco ſit congrediendum, ubi a pugna diſcedi nequeat,* „ *& ubique pugnæ locus ſit; avis hæc eſt in cavea, &* „ *præda venatu capta; captate itaque ejus occaſionem, pu-* „ *gnam cum eo ciete, eumque antevertite lanceae ac gladii* „ *ictu, ne nos pro ignavis habeat, atque odoretur* „ *ex noſtra deſidia odorem victoriae. Colligite ergo res* „ *Veſtras,*

(63) Ita *MS.* recte pro corrupto بماده ونتبجز in *Edit. Gol.*

(64) Verba ſunt ex *Corano Sur.* v: 60.

(65) Longe alia oratio *Temurtasjo* tribuitur in *Hiſt. de Timur-Bec.* tom. III. pag. 288 ſqq. ubi pacem ambiendam ſuadet.

(66) Senſum turbat مقال, pro quo videtur legendum مقتتال vel مقاتل.

(67) Cum ش potius فاوشوا v. ad p. m. 410. n. 26.

(68) Pro الطفر videtur legendum الظفر *victoria*, & pro عن, quod minus aptum huic loco, عرف *odor.*

„ *Veſtras, & feſtinate, neque diſceptate inter vos, nec*
„ *ignavos vosmet gerite, ſed alacres eſtote, conſtantes*
„ *& patientes; eſtis enim (Laus Deo!) viri animoſi,*
„ *ſtrenui, & fortes, & quilibet Veſtrum artis milita-*
„ *ris eſt peritisſimus, & ea excellit, ejusque ſcien-*
„ *tia effundendi ſanguinis hoſtilis pharos eſt, inque*
„ *ea ſufficit, Dux, & ſummus eſt, cujus cæteri*
„ *elementa tantum tenent, eſtque univerſi Islamismi ple-*
„ *nus Theſaurus, & perfecta Collectio, ac præſidium;*
„ *tendit conſtitutio* [ſunna] *gladiorum veſtrorum ad vul-*
„ *neranda capita, eſtque in prolatione ſua ſalubris,*
„ *perfecta, & inflectunt cuspides veſtrae dentes ſuos in*
„ *lorica cujusvis vitiis infamis, inflexione formarum ſua-*
„ *rum perfecta, ſana. Quod ſi eum profligemus, voti*
„ *noſtri compotes erimus, & Deus Fideles a caede immu-*
„ *nes praeſtabit, &, favente Deo, defenderimus copias*
„ *Aegyptiacas*

(٦٨) Ex *Cor. Sur.* VIII: 48. & mox ex *Sur.* III: 200.

(٦٩) In *Chartis Hemſterb.* hæc tria vocabula declarantur eſſe *tituli librorum*, ut adeo acumen in iis ſit *ex ambiguo*, ac tales etiam videntur كنز وجامع. Conf. *Herbel.* in voce *Gjami.*

(٧٠) Sunt hæc usque ad ultimum شائبة ambigua ex *arte Grammatica*, ſed quæ longum eſſet ſingula excutere; hinc تصريف, quod in ea disciplina, de *inflexione verborum*, quam *conjugationem* dicimus, frequentatur, reponendum fuit pro mendoſo تصريق in *Edit. Gol.*

من الله معونة وقد كفينا عساكر المصريين المونة وكان
ذلك اعلي (71) لحرمتنا واقوي في ورود النصر لشوكتنا
وانكي لريح نصرنا وازكي وابكي لعينه (72) السخينه
وانكي وان كانت والعياذ بالله الاخري فلا علينا
ان بذلنا مجهودا واقمنا عذرا ومخدومنا يدرك ثارنا
ويحيي اثارنا فتوكلوا علي الله العزيز الجبار واستعدوا
للاقاة هولاء الاشرار واذا (73) لقيتموهم زحفا فلا تولوهم الادبار
ولا زال تمرداش يحسن لهم هذا الراي اللاش حتي
اجمعوا عليه واتفقوا علي الخروج لانه كان صاحب
البلد وعلي كلامه المعتمد وكان تمرداش قد خالف
الجمهور ووافق في الباطن تيمور وهذه كانت عادته وعلي
المراوغة جبلت طبيعته فانه كان كالشاة العايرة والمراة
الحايرة الغايرة اذا التقي عسكران فلا يكاد يثبت في
احدهما جبنا منه ومكرا بل يعبر الي هذا مرة والي
هذا

(71) Mendoſe ل abundat in الحرمتنا Ed. Gol. Quod ſequitur شوكة ſpina, pro *potentia invicta*, frequens eſt apud Arabas, & ipſi Auctori noſtro. Conf. *Doct. Sypkens Obſerv. Miſc.* pag. 32 ſq.

(72) العين السخينة proprie eſt *oculus calidus*, cujus contrarium قرير *frigidus*,

„ *Aegyptiacas a noxa; id ſummum dignitati noſtræ fa-*
„ *ſtigium, & pro obtinenda victoria maximum robur ad-*
„ *diderit potentiæ noſtræ, auramque victoriæ noſtræ*
„ *effecerit puriſſimam, & maxime penetrantem; ocu-*
„ *lo vero ejus, ad copioſiſſimas lacrymas adacto, ma-*
„ *ximam creaverit ægritudinem & moleſtiam. Sin*
„ *res aliter cadat, quod Deus avertat! noſtra non erit*
„ *culpa, cum omnem impenderimus operam, juſtamque*
„ *nobis comparaverimus excuſationem, & Dominus noſter*
„ *talionem noſtram perſequetur, noſtræque virtutis memo-*
„ *riam perennem faciet. Committite vos ergo cum fiducia*
„ *Deo O. M. vosque parate ad occurrendum iſtis impro-*
„ *bis, &, quum iis, agmine facto procedentibus, obviam ve-*
„ *neritis, ne terga vertite.* Neque deſiit *Temerdas* con-ſilium hoc nullius momenti iis perſuadere, donec in id conſentirent, atque de prodeundo conſpirarent, quum ipſe eſſet Præfectus urbis, cujus dictis maxima erat auctoritas; ſed *Temerdas* cunctis contradixerat, quoniam clam cum *Timuro* faciebat, quæ ipſius erat conſuetudo, ejusque natura ad verſutiam comparata; fuitque *veluti ovis cæca, & mulier conſternata, Zelotypa*, quum ſibi occurrerent duo exercitus, & vix conſiſtere potuit in alterutro præ pavore & verſutia, ſed nunc huc, nunc illuc transibat; etſi eſſet *larva ſine virtute*,

frigidus, pro *recreato*, *hilari* ſolet adhiberi. Conf. *Cl. Schult. de Defect.* pag. 245. (73) Ex *Cor. Sur.* VIII: 14.

(74) *MS.* habet , quod idem valet cum vulgato  *natura*, quæ alicui, quaſi *nota peculiaris*, impreſſa eſt; utriusque enim vocis thema eandem habet *imprimendi in luto*, atque ita *ſignandi*, proprietatem.

هذا اخري مع انه كان صورة بلا معني ولفظا بلا فحوي
فاعتمد تيمور عليه وفوض الامور اليه وكذلك عساكر الشام
وجنود الاسلام، ثم حصنوا المدينة واوصدوا ابوابها وضيقوا
شوارعها ورحابها ووكلوا بكل (75)
حارة ومحلة اصحابها وفتحوا الابواب
التي تقابل ملتقاه وهي باب (76) النصر وباب الفرج وباب
القناة.

ذكر

(75) Apprime huc facit, quod *de Halebo* obſervat *Golius* ad *Alferg*. pag. 273. diſcretam nempe fuiſſe cum ſuis ſuburbiis in سوايح *vicos*, hos iterum in محلات & حارات *compita*.

Digitized by Google

virtute, & *ſermo ſine ſenſu*, *Timur* tamen in eum innitebatur, eique negotia committebat, æque uti exercitus *Syrorum*, & copiæ *Muslemicæ*. Tum muniverunt urbem, & clauſerunt ejus portas, obſtruxerunt vias ejus Regias, areasque ſpatioſas, ac collocarunt per omnes vicos & compita milites ejus in præſidiis, ſed aperuerunt portas e regione occurſus ejus, nempe *Babo-nnasr*, *Babol-ferg*, & *Babol-Kænat*.

CAPUT

(76) Id nominis huic portæ adhæſit ab inſtauratore ſuo; *Melico Dhabiro*, *Saladini Filio*. v. *ib.* pag. 274.

Digitized by Google

ذكر ما صبه من (77) صواعق البيض
والباب علي العساكر الشامية عند
وصوله الي حلب ٬

ثم ان تيمور نقل الركاب فوصل في سبعة ايام الي حلب من عين تاب فحل بذلك الخميس تاسع شهر ربيع الاول يوم الخميس وبرز من ذلك العسكر طايفة نحو من الفي نفر فتقدم لهم من الاسود الشامية نحو من ثلثماية فعلوهم (78) بالصفاح وسلوهم بالرماح (79) فبدوهم وطردوهم وحذروهم وشردوهم ٬ ثم (80) اصبحوا يوم الجمعة فبرز من عسكره نحو من خمسة الاف الي مصاف الثقاف فتقدم اليهم طايفة اخري ارسالا ونتري فالتحم منهم

(77) Conf. *Cl. Schult.* ad *Iſpah.* pag. 8. بيض vero, *albi*, abſolute *gladii ſtricti* a *ſplendore* dicuntur, æque uti apud *Iſpah.* pag. 5.

(78) Nomen صفح, quod generatim *latiorem* partem, vel *ſuperficiem* rei notat, nunc pro *lato enſe* uſurpatur. Conf. *Cl. Schr. de Veſt. M. H.* pag. 257.

(79) Leg. potius فبددوهم in II Specie verbi بدد

C A P U T LXVII.

Quomodo effuderit turbines fulmineos gladiorum, & loricarum ſuper copias SYRIACAS, quum ad Halebum perveniret.

Tum caſtra movit *Timur*, pervenitque ſeptimo die ad *Halebum* ab *Ainotabo*, & caſtrametatus eſt cum exercitu illo, nono Menſis *Rabiæ prioris*, die *Jovis*, ac prodiit in pugnam ex exercitu iſto manus circiter bis millium, quibus ex *Leonibus Syriæ* occurrerunt circiter ter centum, qui eorum phalanges *latis gladiis* ruperunt, & haſtis disſiparunt, disperſerunt, propulerunt, disjecerunt, & fugaverunt. Dein mane *diei Veneris* ex *Timuri* exercitu circiter quinquies mille in campum prælii prodierunt, quibus obviam venit alia manus, turmatim, & ſparſim, conſertisque eorum

ند & mox pro وحذروهم, cum in *MS.* ſit وخددوهم, reponendum videtur نددوهم a ند Hebr. נדד in II Specie *aliquem abigere, ut huc illuc vagetur.*

(80) In *Edit. Gol.* ex transpoſitione literæ ج & ح mendoſe proſtat اصحبوا pro اصبحوا uti pag. 606. ima.

منهم النطاح واشتبكت بين
الطايفتين انامل الرماح فازدحموا
واقتحموا واشتدوا والتحموا
ولا زالت اقلام الخط وبي الواح
الصدور تخط (81) والعضب
الصمصام لروس تلك الاقلام بالاعلام
تقط ومشاريط النبال لدماميل
الدمال تبط والارض من اثقال
لجبال القتال تناط حتي سجي
(82) ليلا الظلام والقتام واغطشا
فتراجعوا وقد اعطي الله
النصر لمن يشاء واجري من دماء
العدو مع (83) قويق نهران وفقد
من العساكر الاسلامية نفران ،
ثم اصبحوا يوم السبت حادي
عشر وقد (84) تعبات الجنود الشامية
والعساكر الاسلامية
السلطانية

(81) Ita *MS.* pro vulgato والقضب.
Omnia autem hæc ſunt *ex ambiguo*, quum vocabula, quæ in

eorum cornupetis, inter ambo agmina *permixti fuerunt digiti haſtarum*, & ſe mutuo compreſſerunt, ac in ſemet irruerunt, magnoque cum impetu manus conſeruerunt, neque deſierunt *calami haſtarum in tabulis pectorum lineas ducere*, & *acies gladiorum inciſuras facere in capitibus iſtorum calamorum*, & *ſcalpella ſagittarum furunculos putres reſecare*, & *terra ſub gravi pondere montium occiſorum ingemiſcere*, donec alta nox tenebrarum & pulveris maximam caliginem obduxisſet, adeoque ad caſtra ſeſe receperunt; jamque *victoriam Deus ei conceſsit*, *cui voluit*, ac fluere fecit duos fluvios ſanguinis hoſtium in [Amnem] *Kowaicum*, deſideratis duntaxat ex exercitu *Islamitico* duobus. Dein mane diei *Sabbathi*, undecimo, inſtruxerunt ſe copiæ *Syrorum*, & exercitus *Islamiticus*, ac *Sultani* perfectisſima diſpoſitione, completo apparatu, equis eximiis

in *ſcriptione* & *arte chirurgica* uſu veniunt, per *Metaph.* ad *vulnerum* & *plagarum inflictionem*, more ſuo Auctor transferat.

([82]) In Duali N. ponitur ليل, quaſi *nox gemina* pro *longiori* & *admodum tenebricoſa.* Ex ſtylo autem *Corani*, *Sur.* XCIII: 2. سجي. *altisſimum noctis ſilentium* indicat. Conf. *Har.* v: 116.

([83]) Amnis hicce, qui *Halebum* præterfluit, a *ranarum*, verno tempore ibi *coaxantium*, ſono ita dictus eſt. Conf. ad *Alſerg.* pag. 273.

([84]) Turbat vulgatum تعبتت, pro quo unice hic quadrat تعبئات a عبأ *compoſuit*, *inſtruxit* ſpec. *exercitum.*

السلطانية بالعدة البالغة السابغة والخيول (85) المسومة
والرماح المقومة والاعلام المعلمة ،
ولم يعون اولئك الصناديد
سوي شمة من النصر والتاييد
ونحوا قصده وقصدوا رده
وصده واقبلت عساكره والسعد
الميمون طايره والقضا موازره
والقدر مظاهره بالجنود
المذكورة والجيوش المعهودة
المنصورة توهم (86) الاقبال والابطال
القتال واذا به قد اضمر
لهم الويل وعبي عساكره تحت
جنح الليل وبثهم فيهم وارسل
عليهم (87) عزاليهم وقاباهم بمقدمتهم
وشغلهم باوايلهم واحاط الباقون
بهم (88) واتوهم من بين ايديهم
ومن خلفهم وعن ايمانهم
وعن شمايلهم فمشي عليهم مشي
الموس علي الشعر وسعي
سعي الدبا علي الزرع الاخضر
وكان

miis, haſtis rectis, & vexillis inſignibus. Nec quicquam defuit ſtrenuis illis militibus, quam particula auxilii opisque Divinæ, qui adverſus eum perrexerunt, eum propulſuri & abacturi; obviamque proceſſit ejus exercitus, ſub fauſtæ Fortunæ auſpiciis, cum adminiſtro ejus Fato, eumque adjuvante Providentia, cum copiis laudatis, & militibus deſignatis, victorioſis, præeuntibus Ducibus, & Elephantis bellicis. Jamque occultavit, quam iis deſtinabat, calamitatem, atque exercitus ſuos, nocte jam inclinata, inſtruxit, quos circa eos expandit, immiſitque contra eos velites, oppoſuitque iis primum agmen, eosque per primores copias diſtinuit, dum reliqui eos ambiebant, atque ita iis ſupervenerunt, *a tergo, a dextra, & a ſiniſtra.* Tum *ſupra eos proceſſit, veluti novacula ſuper crines*, & *graſſatus eſt, veluti locuſtae ſuper ſegetem viridem.* Accidit exercitium hocce militare ad pagum *Hylan.* Cumque res hominum inter ſeſe confuſæ & conturbatæ eſſent, ac

(85) Sic habes in *Cor. Sur.* III: 14. المسومة de *equis*, qui *notati*, atque ita *eximii* facti ſunt.

(86) Videtur legendum اقبال, quod noſter cum اقبال ſæpius conjungit. In margine exponitur تعدهم من الامام.

(87) Turbat vulgatum غزالسبهم pro quo videtur leg. غزالسيهم *capreolantes exercitus*, pro *expeditioribus militibus*, & qui *ante aciem promicant.*

(88) Ex *Cor. Sur.* VII: 17.

Hhhh

وكان هذا الجولان على
قسرية جبلان ولما اهتمش امر
الناس وهاش وجاشت
البهوشة والامتحاش وتهارشت
الاسود وانتطحت الكباش
فرت الميمنة فكان راسها تمرداش
فانكسر العسكر وطاش واخذ
الابطال من الدهشة الارتعاش
وغلبتهم العبرة والانبهار فلم
(89) يلبثوا ولا ساعة من نهار
ثم ولوا الدبر وصارت لاقلام
رماحه ظهورهم الزبر واستمروا
امامهم يتنواشبون وعسكره
وراءهم يتخطبون بمعنى
ما قلت

جعلنا ظهور القوم في الحرب اوجها
رقمنا بها ثغرا وعينا وحاجبا

فقصدوا

ac aſtuaret tumultus ac vehementia pugnæ, concitatis in ſe invicem Leonibus, atque arietantibus inter ſe Arietibus, fugam capeſſit dextrum cornu, quod ducebat *Temerdas*, unde fractus fuit exercitus, & obſtupefactus, & milites fortiſſimos præ ſtupore corripuit trepidatio, vicitque eos conſternatio & anxietas, & vix *ſubſtiterunt una hora quidem diei*, tum terga dederunt, quæ *calamis* (90) *haſtarum ejus fuerunt exarata*, ac continuo a fronte in eos irruerunt, dum a tergo eos laceſſebat ejus exercitus, prorſus, uti dixi:

Fecimus terga eorum in prælio frontes, ubi exaravimus ora, oculos & ſupercilia. i. e. vulneribus perfodimus.

Receperunt

(89) Phraſis eſt ex *Cor. Sur.* XLVI: 35.

(90) Gemino luſu uſus eſt Noſter ſub initium hujus Capitis; & eodem tendit verſus, quem mox ſubjicit; *exarari* etenim dici poſſunt *terga*, quibus *haſtæ*, quaſi *calami*, vulnerum notas inducunt.

فقصدوا المدينة من الباب المفتوح ما بين مهشوم ومجروح
والسيوف تشقهم والرماح تدقهم وقد سالت بدمايهم الاباطح
وتمر من ساير لحمهم كل كاسر وجارح دوصلوا الي باب
المدينة وانكسروا وهجموا فيه يدا واحدة وتكردسوا
ولا زال يدوس بعضهم بعضا حتي صارت العتبة العليا من الباب
ارضا فاستدت الابواب بالقتلي ولم يكن الدخول منها اصلا
فتشتتوا في البلاد وتفرقوا في المهامه والاطوار وكسر باب
انطاكية المماليك الاغتنام وخرجوا منه قاصدين بلاد الشام
فوصل فلهم الي دمشق في ابشع صورة وحكوا في كيفية
هذه الوقعة اشنع سيرة وصعد النواب الي قلعة حلب وتحصنوا
(٩١) فضاقت عليهم الارض بما رحبت فاستامنوا ونزلوا
بواسطة تمرداش اليه وقد (٩٢) غسل كل منهم من الحيوة
يديه، ثم انه مشي علي (٩٣) هيبة مع وقاره ورزانته وسكينته
ودخل

(91) Formula eſt ex *Cor. Sur.* IX: 26. quæ ſupra Cap. VI. jam uſu venit.

(92) Prop. *Abluit manum ſuam de vita ſua;* ita loquuntur

Receperunt ſe itaque ad urbem, verſus portam *apertam*, lacerati, & ſauciati, dum findebantur gladiis, & percutiebantur haſtis, ſic, ut de ſanguine eorum paludes fluerent, & reliqua eorum carne abunde paſcerentur omnes aquilæ, & feræ rapaces. Simul autem atque ad portam Urbis pervenerunt, profligati, uno impetu ſe in eam conjecerunt, ſeque conglobarunt, neque ceſſavit unus alterum conculcare, donec limen ſuperius portæ æquaretur terræ, ac portæ interemptis ita obſtruerentur, ut nihil omnino per eas ingredi amplius poſſet; huc illuc itaque ſe diſperſerunt & diſſiparunt per ſolitudines ac montes. *Mammelucci* vero Barbari, effracta porta *Antiochena*, inde exierunt, ad Syriam contendentes, quorum pars *Damaſcum* venit miſerrimo habitu, & rationem hujus prælii turpiſſima forma expoſuerunt. Duces autem in arcem *Halebenſem* ſeſe receperunt, ubi ſemet muniverunt, & *anguſta iis evaſit terra, cum eſſet ſpatioſa* Securitate itaque petita, tradiderunt ſe ei, interceſſore uſi *Temerdasjo*, *jamque omnes de vita ſua deſperarunt.* Tum ille commodo ſuo, pro gravitate ſua, Majeſtate, & tranquillitate ſua proceſſit, ingreſſusque eſt *Halebum*, quam pro lubitu diripuit, animis potitus & opibus. Cum autem ſeſe ei dediſſent

tur Perſæ, uti videre eſt in *Sadii Roſario Perſ.* pag. 38. هر كه دست از جان بشويد. Eadem que formula infra redit pag. 315. *Ed. Gol.*

(93) Præſtat cum affixo, legere هيبته.

ودخل حلب ونال منها ما طلب وفاز بالروح والسلب ؛
ولما نزل النواب اليه قبض علي سيدي سودون وشيخ
علي الخاصكي واما تمرداش فخلع عليه وقبض علي
التونبغا العثماني نايب (94) صفد وعلي عمر بن الطحان
نايب غزة وجعل الكل في صفد وشرع في استخلاص الاموال
وضبط الاثقال والانقال وقد ملات القلوب هواجس هيبته
وانتشر في الافاق شرار صولته ثم انه لم يكتف بما ازهقه
من النفوس حتي (95) بني المباذين من الروس ؛ وسبب ذلك
ان ذا قـــرابــــة البريدي الذي ارسله الي حلب وضرب
نايب الشام عنقه وسلبه السلب ذكر تيمور بقصته واراد
القود من اهل حلب لذي قرابته فاجاب سوله فمكنه فيمن
يختار منهم ان يفعل فيه ما استحسنه فقتل طايفة منهم
وبني من روسهم كذا وكذا مبذنة.

زيادة

(94) Ludit Auctor in voce ص——ـفـ——ـد, quam mox repetit; nunc enim eſt nomen proprium *Urbis* cum arce munitisſima, de qua v. *Cl. Schult. Ind. Geogr.* mox vero appellativum eſt *compedem* notans, uti pag. 187. *Ed. Gol.* quod fraudi fuit *Vatt.* poſterius hoc reddenti: *& mit tout dans Saphad.* Idem luſus infra recurrit Cap. LXX.

(95) Idem infra pag. 228. *Ed. Gol.* in *Bagdadenſes* com-

miſisſe

dedisſent Duces, manum injecit *Seido Suduno* & *Sjeibo Ali Chasſakæo*; *Temerdasjum* vero chlamyde induit; manum quoque injecit *Tunbegiæ Othmanidæ*, Præfecto *Saphadæ*, & *Omaro Fil. Tæbbani*, Præfecto *Gazæ*, quos omnes in vincula conjecit, ac totus fuit in opibus omnibus ad ſe pertrahendis, & colligenda ſuppellectile & præda; ac cogitationibus terroris ejus corda fuerunt impleta, & per orbem disperſæ ſcintillæ tyrannidis ejus, nec ſatis habuit homines perdidiſſe, ſed & ex *capitibus Turres* exſtruxit. Cujus cauſa fuit, quod propinquus aliquis *Baridæus*, quem Legatum miſerat *Halebum*, ſed cujus caput amputaverat, quemque exſpoliaverat *Præfectus Syriæ*, *Timuro* in memoriam revocaret caſum ſuum; voluit itaque propinquum ſuum a *Bagdadenſibus* ulciſci, qui ejus petitioni morem gesſerunt, copiamque ipſi fecerunt eligendi de ſe, quibuscum ageret pro lubitu; plurimis itaque eorum interfectis, exſtruxit ex eorum capitibus complures Turres.

CAPUT

miſisſe legitur, atque in *more babuisſe*, *turres ex capitibus exſtruere*, *Cap. ſq.* Sic *turrim ex capitibus Herati*, ſive *Ariæ extructam* habes in *Hiſt. de Tim-Bec.* *T.* I. pag. 360. & *Bagdadi* *T.* III. p. 370. Suspicor autem pro المبادين leg. المبانين *turres*; quorſum invitat ipſa illa vox ultima in hoc Capite in hoc Capite مبرنة, quæ omnino corrupta videtur ex مبنّة.

زيادة ايضاح لهذه المحنة مما نقلته من
(٩٦) تاريخ بن الشحنة ،

قال اخبرني الحافظ الخوارزمي ان من كتب في الديوان
من عساكر تيمور ثمانماية الف نفس ومنه ان تيمور قصد
قلعة المسلمين وكان نايبها الناصري محمد بن موسي بن
شهري وانه عصي عليه وكان يخرج للغارات ثم قال ما
(٩٧) نصه بحروفه وكان قد (٩٨) بدع بجمايع تمرلنك وطراشته
مدة اقامته علي (٩٩) بهنسا وقتل منهم جماعة وارسل روسهم
الي حلب وكسر تومانا كان جهره اليه اقبح كسرة
حتي رمي غالب جماعته بانفسهم في العراة وجهز تمرلنك (١٠٠)
كتابه الي المشار اليه ونصه يقول فيه اني خرجت من
اقصي

(96) Pulcre obſervavit in literis ad me datis *E. Scheidius*, Vir Cl. illud تاريخ in *Theſauro Bibliothecæ Publicæ Lugduno-Batavæ* haberi, ipſamque hanc hiſtoriam iisdem fere verbis in *Codice* بن الشحنة reperiri.

(97) Formula hac نصه بحروفه uti a *Schol.* exponitur, *utuntur auctores* اذا ارادوا بلفظه من غير زيادة ولا نقصان *quum ipſiſſima alicujus verba referunt, absque ut quid addant, aut detrahant.*

C A P U T LXVIII.

Uberius exponitur hæc calamitas ex iis, quæ transtuli ex CHRONICO IBN-SJAHNÆ.

Dixit: *retulit mihi Alhafid Choärezmienſis, in ratio-* „ *nario copiarum Timuri conſcriptos fuiſſe* 800000 „ *homines;* inſuper, *Timurum contendisſe ad Arcem Mus-* „ *lemiorum, quam tenebat Al-Naſerius Muhammed Fil. Mo-* „ *ſis Fil. Sjabaræi, qui ei reſtitit, ac identidem excur-* „ *ſiones faciebat;* de quo narrat: quæ ipſisſima ſunt e-jus verba, [nempe *Ibn Sjahnæ*] *multas moleſtias copiis* „ *Tamerlani, ejusque excurſoribus exhibebat, dum obſidebat* „ *Bahneſiam, quorum quam plurimos interfecit, & capita* „ *Halebum miſit; fœdisſima quoque clade profligavit Legio-* „ *nem decem millium contra eum expeditam, ita ut maximam* „ *partem ipſimet ſeſe præcipitaverint in Euphratem, miſitque* „ *Tamerlan epiſtolam ad eundem, in qua hisce uſus fuit ver-* „ *bis:*

(98) In *MS.* بدع vertitur *moleſtias exhibuit*, proprie *novum quid effecit*, ſenſu nunc in malum vergente.

(99) Supra p. m. 582. Arx hæc ſcribitur بهسنا, ſed æque uti hic, in *Vita Salad* pag. 39. بهنسا: cujus ſitus in ſubjecto *Ind. Geogr.* ex *Abulf.* ita deſcribitur, ut appareat eandem eſſe.

(100) Sic *MS.* pro mendoſo كتانه in *Ed. Gol.*

اقصي بلاد سمرقند ولم يقف
احد امامي وساير ملوك البلاد
حضروا الي (1) وانت سلطت
علي جمايعي من يشوش عليهم
ويقتل من ظفر به منهم والان
فقد مشينا عليك بعساكرنا
فان اشفقت علي نفسك
ورعيتك فاحضر الينا لنري
من الرحمة والشفقة ما لا (2)
نزيد عليه والا نزلنا عليك وخربنا
بلدك وقد قال الله
تعالي ان (3) الملوك اذا دخلوا قرية
افسدوها وجعلوا اعزة اهلها
اذلة وكذلك يفعلون فاستعد
لما يحيط بك لن ابيت الحضور، فامسك
المشار اليه الرسول وحبسه ولم
يلتفت الي كلام تمرلنك فمشي اليه
اوايل (4) عسكره فبرز اليهم
المشار

„ *bis: exii ego ex remotisſima regione SAMAR-*
„ *CANDÆ, nec ullus adverſus me ſtetit, ſed omnes*
„ *regionum Reges ad me accesſerunt; & Tu immittis,*
„ *qui turbet meos, & occidat, quem adſequi potuerit.*
„ *Nunc vero adducimus adverſus Te exercitus noſtros. Si*
„ *ergo Tui ipſius, & ſubditorum Tuorum curam habes, ad*
„ *Nos accede, ut experiaris miſericordiam & clemen-*
„ *tiam, quam non ulterius extendemus; ſin minus, Tibi*
„ *ſupervenienus, & vaſtabimus urbem Tuam; utique dixit*
„ *Deus Altisſimus: Reges, quando ingresſi fuerint urbem a-*
„ *liquem, devaſtant eam, ac potentisſimos ejus cives fa-*
„ *ciunt vilisſimos. Atque ita ſolent agere; praeparate te ita-*
„ *que ad id, quod te involvet, ſi renuas Te mihi ſiſtere.*
Sed ille detinuit Legatum, eumque in vincula conjecit, nec quidquam curavit Tamerlani ſermonem. Tum adverſus illum procesſit prima acies ex exercitu ejus, cui ipſe obviam ivit, eamque impugnatam profligavit. Die vero Lunæ, ubi venit Tamerlan ad Arcem Muslemiorum, idem

(¹) *MS.* addit وسلموا علي *& ſalutem mihi fuerunt apprecati*, id eſt, *imperio meo ſe ſubmiſerunt*, ex formula nimirum conſueta السلام عليك *Pax ſit Tibi.*

(²) Al. L. habet مزيد *augmentum, accesſio*, ut ſit: *clementia, quæ non augeri poteſt;* id eſt *amplisſima.*

(³) Ex *Cor. Sur.* XXVII: 35.

(⁴) Sic recte *MS.* pro vitioſo عسكه in *Ed. Gol.*

المشار اليه وقاتلهم وكسرهم وفي
اليوم الثاني حضر تمرلنك على
قلعة المسلمين وبرز اليه المشار
اليه وقاتله قتالا شديدا
وكانت وقعة عظيمة راي فيها منه
تمرلنك شدة حزم ورجع عن
محاربته واخذ في مخادعته
وملاطفته وطلب (5) منه الصلح
وان يرسل اليه خيلا ومالا لاجل
حرمته فلم ينخدع منه
وتنازل معه الي ان طلب منه خادما
فلم يعطه ورد خايبا واخذ
المشار اليه في اواخره قتلا ونهبا
واسرا كل ذلك وباب قلعته
مفتوح لم يغلقه يوما واحدا
وانشد فيه لسان الحال

هذا الامير الذي صحت مناقبه
لبث الوغي عمت الدنيا مفاخره
ولي تمرلنك (6) مكسورا اوايله منه
مرارا ومدعورا اواخره

وكان

idem ille prodiit contra eum, & cum eo vehementisſime pugnavit, quod prælium cum gravisſimum esſet, in eo expertus eſt Tamerlan firmum ipſius animum, adeoque deſiit cum eo bellum gerere, ſtuduitque ipſum ſimulatione & blanditiis circumvenire, & pacem ab eo petiit, utque ad ſe mitteret equos & opes, Majeſtatis ſuæ cauſa, ſed ille ſe ab eo faſcinari non pasſus eſt; &, cum eo usque deſcendebat, ut unicum duntaxat mancipium ab eo peteret, ne hoc quidem impetravit, ſed fruſtratus recesſit, tum ille noviſſimum ejus agmen impugnare, occidere, diripere, & captivos abducere, idque omne, aperta relicta porta arcis ſuæ, quam ne unico quidem die clauſit. Lingua hujus ſtatus recitavit de eo hoc carmen:

Emir hicce, cujus virtutes manifeſtae, Leo bellicus eſt, cujus laudes per totum orbem celebrantur.

Sæpius Tamerlan tergum dedit, fracto ab eo primo ſuo agmine, & vitiato novisſimo.

Hujus

(5) Al. L. habet [illegible], ut pertineat ad ſequens الصلح *pax*, & ſenſus ſit, *quæſivit pacem cum eo inire.*

(6) Leg. procul dubio مكسورا *fractus, profligatus.*

وكان حصول تلك السعادة للشمار اليه دون غيره من الملوك واصحاب الحصون لما كان فيه من العلم والديانة والاخلاص والصيانة ولكونه من السلالة الطاهرة العمرية رضي الله (٥) عنها، ولما كان يوم الخميس تاسع ربيع الأول نازل تمرلنك حلب وكان نايبها المقر السيفي تمرداش وقد حضرت اليه عساكر البلاد الشامية عسكر دمشق مع نايبها سيدي سودون وعسكر طرابلس مع نايبها المقر السيفي شيخ الخاصكي وعسكر حماة مع نايبها المقر السيفي دقماق وعسكر صفد وغيره فاختلفت اراوهم فمن قايل ادخلوا المدينة وقاتلوا من الأسوار وقايل اخرجوا ظاهر البلد بالخيام فلما راي المقر السيفي اختلافهم اذن لاهل حلب في اخلايها والتوجه حيث شاءوا وكان نعم الراي فلم يوافق علي ذلك وضربوا خيامهم ظاهر البلد تلقا العدو، وحضر (١٠) قاصد تمرلنك فقتله نايب دمشق قبل ان يسمع كلامه ويوم الجمعة حصل بين الأطراف تناوش يسير، فلما كان يوم السبت حادي عشر ربيع الأول زحف تمرلنك بجيوشه وقبلته فولي المسلمون نحو المدينة وازدحموا في الأبواب ومات منهم خلق عظيم والعدو وراءهم يقتل

Hujus autem felicitatis particeps factus erat Naſirius, præ aliis Dominis, & Præfectis arcium propter ſcientiam ſuam, religionis ſtudium, pietatem ſinceram, & quod esſet e ſancta Poſteritate (8) *Omaris, cui Deus ſit propitius. Die vero Jovis, nono Rabiae prioris oppugnavit Tamerlan Halebum, cujus Praefectus erat Almoker Alſeipheus Temerdas, eique praeſto erant copiae urbium Syriae, milites Damaſci cum Duce ſuo Seideo Suduno, & milites Tripolitani cum Duce ſuo Al-Mokero Al-Seipheo Sjeicho Al-Chasſekeo, & milites Hamatae, cum Duce ſuo Al-Mokero Al-Seipheo Dakmako, & milites Saphadi aliique, quorum conſilia diſcreparunt, ſuadente uno: intrate urbem, & pugnate de muris; altero autem: extra urbem in tentoriis caſtra metamini, quem diſſenſum cum videret Almoker Alſeipheus, permiſit populo Halebenſi vacuam relinquere urbem, & ſe, quorſum vellet, conferre; quae quidem ſententia erat optima, ſed in ea non conſenſit, & fixerunt tentoria extra Urbem e regione hoſtis. Cumque adveniſſet legatus Tamerlani, occidi eum juſſit Gubernator Damascenus, accιditque inter extremas acies, die Veneris, levis velitatio. Die vero Sabbathi, undecimo Rabiae prioris, cum Tamerlan copias ſuas, gentemque ſuam in hoſtem eduxit, terga verterunt Muslemii verſus urbem, ſeque compresſerunt in portis, & multi mortales ex iis mortem obierunt, hoſte eos a tergo interficiente;*

(8) *Omaris* nempe بن الخطاب, ſecundi poſt *Muhamm. Chaliphæ.*

(9) Mendoſe vulgo proſtat عخعل; recepta enim hæc eſt defunctis benedicendi formula رضي الله عنه *acceptum eum habeat Deus!* vel, ex noſtro loquendi more, *Felicis memoriæ.*

(10) Sic recte *MS.* pro قاصه in *Ed. Gol.*

يقتل ويأسر واخذ تمرلنك حلب
عنوة بالسيف وصعد نواب
المملكة وخواص الناس الي القلعة وكان اهل حلب
قد جعلوا غالب اموالهم فيها .
وفي يوم الثلاثا رابع عشر
شهر ربيع الاول اخذ القلعة بالامان والايمان التي لبس
معها ايمان وفي ثاني يوم صعد اليها واخر النهار طلب
علماءها وقضاتها فحضرنا اليه ثم اوقفنا ساعة ثم امر
بجلوسنا وطلب من معه من اهل
العلم فقال (11) لاميرهم عنده
وهو المولى عبد الجبار بن
العلامة نعمان الدين الحنفي
والده من العلماء المشهورين
بسمرقند قل لهم اني سايلهم عن
مسئلة سالت عنها علماء
سمرقند وبخارا وهرات وساير
البلاد التي فتحتها فلم (12)
يفصحوا الجواب فلا تكونوا مثلهم
ولا

interficiente, & captivos faciente. Et Tamerlan Halebum per vim gladio cepit, ad arcem autem ſeſe receperunt Gubernatores Regni & Proceres, in qua populus Halabenſis maximam partem ſuorum bonorum recondiderat. Die vero Martis, decimo quarto Menſis Rabiæ prioris, data ſecuritate & jurejurando cepit arcem, cui tamen fides non fuit ſervata; & poſtridie arcem adſcendit, cujus Doctores & Cadhios ſub finem diei ad ſe vocavit; eique nos ſtitimus, ac, poſtquam per paululum temporis nos ſtare fecerat, ſedere nos juſſit, & venire fecit Doctos ſuos, dixitque Præcipuo eorum, quem ſecum habebat nempe Domino Abdal-Gebbaro, Ebn Aelamæ Naomaneddino, Hanifæo, cujus Pater erat ex celeberrimis Doctoribus Samarcandæ: dic iis, me proponere iis velle quæſtionem, de qua interrogavi Doctores Samarcandæ, Bocharæ, Ariæ, & omnium Urbium, quas expugnavi, ſed juſtum reſponſum non invenerunt; Vos vero ne eorum ſimiles ſitis, neque mihi reſpondeat, niſi Doctiſſimus Veſter, & Præſtantiſſimus, qui probe cognitum habeat, quod dicat,

(11) Affixum هم non adeſt in *MS. Gol.*

(12) *Al. L.* habet يتخلصوا بجواب de verbo autem فحص, quod proprie notat *ſulcare*, atque ita *eruere* conf. *Cl. Schult.* ad *Ham.* pag. 482.

ولا يجاوبني الا اعلمكم
وافضلكم وليعرف ما يتكلم فاني
خالطت العلماء ولي بهم
اختصاص والفة ولي في العلم
طلب قديم وكان قد بلغنا
عنه انه (13) يتعنت العلماء في الاسولة
ويجعل ذلك سببا لقتلهم
او تعذيبهم وقال القاضي
شرف الدين موسي الانصاري
الشافعي عني هذا شيخنا
ومدرس هذه البلاد ومفتيهم
سلوه (14) وبالله المستعان فقال
لي عبد الجبار سلطاننا
يقول انه بالامس قتل منا
ومنكم فمن الشهيد قتيلنا ام قتيلكم فوجم الجميع وقلنا
في

(13) Al. L. habet يتعنت a عنت, quod in v. ſp. notat *aliquem ad grave quid, & discriminis plenum adigere, atque ita moleſtiam alicui creare.*

dicat, *namque familiariter utor Doctis*, *quibus ſum addictisſimus*, *& quorum conſuetudine delector*, *eſtque mihi priscum doctrinae ſtudium. Jam ante autem de eo intellexeramus*, *eum Doctis moleſtiam facesſere*, *propoſita quadam quaeſtione*, *quam adhiberet pro occaſione eos occidendi*, *aut cruciandi; dixitque Cadhius Sjerefoddinus Moſes* ([15]) *Medinenſis*, *Sjafiita de me*: [nempe *Ibn Sjabnâ*] *hic eſt Doctor noſter*, *Profesſor harum Regionum*, *earumque* ([16]) *Mufti*, *rogate eum per Deum Auxiliatorem! mox dixit mihi Abdal-Gebbarus: quaerit Sultanus noſter; quum heſterna die ex noſtris*, *& Veſtris ſint occiſi*, *quinam ſint Martyres*, *utrum interempti noſtri*, *an Veſtri? Tum omnes prae metu conticuerunt*, *ac diximus nobiscum*,

([14]) Malim والله, namque reſpicit ad formulam *Corani Sur.* XII: 19.

([15]) Proprie *Anſarius*, ſed ad *Medinenſes*, qui primi *Muhammedis* partes fuerunt amplexi, hicce honoris titulus tranſiit; unde *Elmacinus Hiſt. Sar.* pag. 4. de *Medinenſibus* dicit: صاروا له انصارا *evaſerunt ejus Anſarii*; ſive *Fautores* & *Adjutores*. Alterum vero الشافعي *Sectæ* nomen eſt ab uno ex quatuor celebrioribus fidei Muhammedicæ Antiſtitibus, *Muhammede* nempe *Ebn Edris-Asſhafienſi*, de quo v. *Pocock. ad Spec. H. Ar.* pag. 295.

([16]) *Mufti ſapientem* notat, cujus reſponſa proximum a Lege locum tenent; ſpeciatim ita dicitur *Turcarum ſupremus Antiſtes*, & veluti *Patriarcha*.

Digitized by Google

في انفسنا هذا الذي بلغنا عنه من (17) التعبث
وسكت القوم ففتح الله علي بجواب سريع بديع وقلت
هذا سيل عنه سيدنا رسول الله صلي الله عليه وسلم
واجاب عنه وانا مجيب بما
اجاب به سيدنا رسول الله صلي
الله (18) عليه وسلم قال لي
صاحبي القاضي شرف الدين موسي
الانصاري بعد ان انقطعت
الحادثة والملة العظيم لما قلت
هذا سوال سيل عنه رسول الله
عليه السلام واجاب عنه وانا محدث
زماني هذا عالمنا قد اختل
عقله وهو معذور فان هذا
سوال لا يمكن الجواب عنه
في هذا المقام ووقع في نفس عبد
الجبار مثل ذلك والقي الي
تمرلنك (19) سمعه وبصره وقال
لعبد الجبار (20) سبب تحير من
كلامي كيف سيل رسول
الله

nobiscum, hoc ipſum eſt, quod de ejus vexatione audivimus; ſilentibus autem omnibus, aperuit mihi Deus reſponſum promtum, appoſitum, dixique: eadem haec quaeſtio propoſita fuit Domino noſtro, Apoſtolo Dei, ſuper quem gratia Dei & pax! ad quam reſpondit, & ego idem reſpondeo, quod Dominus noſter Apoſtolus Dei, ſuper quem Gratia Dei & pax! Dixit mihi Socius meus Cadhius Sjerefoddinus Moſes Medinenſis, poſtquam malum hoc eſſet diſcuſſum: per Deum Magnum! quum dixiſti: quaeſtio haec propoſita fuit Apoſtolo Dei, ſuper quem pax ſit! & ad eam reſponſum dedit, quod ego referam, hic Doctor noſter utique mentis & voti impos eſt, neque enim ad hanc quaeſtionem in hoc ſtatu reſponderi poterit, cujusmodi quid & Abdal-Gebbaro in mentem venit, & conjecit aurem & oculum in me Tamerlan, dixitque Abdal-Gebbaro, ludibrio habens meum ſermonem: quomodo haec quaeſtio propoſita fuit Apoſtolo Dei, ſuper quem gratia Dei & pax! & quale reſponſum dedit? dixi: venit

(17) Mendoſe التعنث *Ed. Gol.* pro التعنت. Conf. pag. m. 626. not. 13.

(18) Recte ita *MSS.* pro mendoſo اللبه in *Ed. Gol.* neque enim aliter adhibetur ſolennis hæc adprecandi formula, quæ nititur præcepto iſto *Corani Sur.* XXXIII: 35. Conf. *Reland. de Relig. Muhamm. Cap.* VIII. pag. 157. *Edit. ſecundæ.*

(19) Delevi alterum الي, quod poſt تمرلنك in *Edit. Gol.* fruſtra repetitur.

(20) Absque س videtur potius legendum يسخر.

الله صلي الله عليه وسلم عن هذا وكيف اجاب قلت جاء
اعرابي الي رسول الله صلي الله عليه وسلم وقال يا
رسول الله ان الرجل يقاتل حمية يقاتل شجاعة ويقاتل ليري
مكانه فاينا في سبيل الله فقال رسول الله صلي الله عليه
وسلم من قاتل ليكون كلمة الله هي العليا فهو الشهيد
ثم قال تمرلنك خوب خوب وقال عبد الجبار ما احسن ما
قلت وانفتح باب الموانسة وقال اني رجل نصف ادمي وقد
اخذت بلاد كذا وكذا وعدد ساير ممالك العجم والعراق
والهند وساير بلاد التتار فقلت اجعل شكر هذه النعمة
عفوك عن هذه الايمة ولا تقتل احدا فقال والله اني لا اقتل
احدا قصدا وانما انتم قتلتم
انفسكم والله لا اقتل احدا
منكم وانتم امنون علي انفسكم واموالكم ،
وتكررت الاسولة منه والأجوبة منا فطمع كل
من الفقهاء الحاضرين وجعل يبادر
الي الجواب ويظن انه في المدرسة والقاضي شرف
الدين ينهاهم ويقول لهم بالله اسكتوا ليجاوب هذا
الرجل فانه يعرف ما
يقول وكان اخبر ما سال عنه ما
يقولون

venit Arabs-Scenita ad Apoſtolum Dei, ſuper quem Dei gratia & pax! dixitque: ô Apoſtole Dei! alius pugnat, ſua defenſurus, alius ſtrenuitatem oſtenſurus, alius, ut ſua dignitas conſpiciatur; ecquis noſtrum (21) *Martyr erit? reſpondit Apoſtolus Dei, ſuper quem Dei gratia & pax! qui pugnat ad ſtabiliendum verbum Dei, quod ſummum eſt, hic Martyr eſt. Tum dixit Tamerlan, bene, bene! item Abdal-Gebbarus dixit: quam pulcerrime reſpondiſti! apertaque familiaritatis porta, dixit* [Tamerlan:] *Ego ſemihomo ſum, & tamen cepi complures Regiones, atque enumeravit omnia Regna Perſiae,* & *Irakæ,* & *Indiæ, & omnes Regiones Tatarorum; tum dixi: age pro hac felicitate gratias, parcendo his Antiſtitibus, & nullum interfice. Dixitque: per Deum! neminem dedita opera interficio, ſed Vosmet ipſi mortem Vobis conſciſcitis, ego vero, per Deum! neminem Veſtrum occidam, ac ſecuri eritis de Vita veſtra & facultatibus Veſtris. Novasque identidem quaeſtiones propoſuit, quibus nos reſpondimus, magnaque cum aviditate omnes praeſentes Legis-Periti promtiſſimi erant ad reſpondendum, ſibique videbantur eſſe in Collegio; inhibuit vero eos Cadhius Sjerefoddinus, dicens iis: per Deum! tacete, ut reſpondeat hicce Vir, quippe qui novit, quod dicat. Ultima autem Tamerlanis quaeſtio fuit: quid dicitis de* (22) *ALI, &*

MUAVIA

(21) Proprie in *ſemita Dei*, puta *occumbet*, pro *Martyre* habendus, uti mox explicatur; formula eſt in *Corano* tritiſſima, ubi in *ſemita Dei pugnare eſt religionis*, & *amoris Divini* ergo *pugnare*. v. *Sur*. II: 191 & 247. &c.

(22) Celebratiſſima hæc in *Hiſtoria Saracenica* nomina neminem facile fugiunt, nec ſchisma, quod *Chalipha Ali* ſeſe opponens *Muavia* inter *Muslemios* concitavit, cujus iterum *Filius Jezidus* adverſarium habuit *Huſeinum Ali Filium*, qui, cum *Imperatori Jezido* fidelitatis juramentum præſtare nollet, in prælio demum occiſus fuit. v. *Elmacn. Hiſt. Sarac.* Lib. I. *Cap.* v. & VIII.

Digitized by Google

تقولون في علي ومعاوية ويريد فاسر الي القاضي شرف
الدين وكان الي جانبي ان اعرف كيف
(٢٣) تجاوبه فانه شيعي فلم (٢٤) افرغ من سماع
كلامه الا وقد قال القاضي
علم الدين القفصي المالكي
كلاما معناه ان الكل مجتهدون فغضب لذلك
غضبا شديدا وقال علي (٢٥)
الحق ومعاوية ظالم ويزيد
فاسق وانتم حلبيون تبع
لاهل دمشق وهم يزيديون قتلوا
الحسين فاخذت في
ملاطفته والاعتذار عن المالكي فانه
اجاب (٢٦) شيء وجده في
كتاب لا يعرف معناه فعاد الي دون
ما كان عليه من البسط
واخذ عبد الجبار يسال مني ومن
القاضي شرف الدين فقال
عني هذا عالم مليح وعن شرف
الدين وهذا رجل فصيح فسالني
تمرلنك عن عمري فقلت مولدي
سنه

MUAVIA & JEZIDO? tum inſuſurravit mihi Cadbius Sjerefoddinus, qui mihi ad latus erat: ſcias, quomodo ei reſpondeas, eſt enim SCHIITA, [Aliſequus.] *Necdum autem ſermonem ejus penitus perceperam, quum ſtatim Cadhius Alemeddinus Koffita Maleceus reſponderet ei, dicens: omnes illos pro fide pugnaſſe, ob quod dictum vehementi correptus iracundia reſpondit: ALI fuit legitimus* [Chalipha,] *MUAVIA iniquus, & JEZID ſceleſtus; Vos autem HALEBENSES facitis cum DAMASCENIS, qui, cum eſſent JEZIDITÆ, occiderunt HUSEINUM; cœpi autem eum demulcere, & excuſare Malecheum, quod aliquid reſponderit, quod repererit in libro, cujus mentem non recte fuerit adſecutus; ac ferme rediit ad priorem illam ſuam ſerenitatem. Tum Abdal-Gebbaro interroganti de me, & Cadhio Sjerefoddino, dixit de me: Hic eſt Doctor elegans; & de Sjerefoddino: vir hic eſt diſertus. Mox interrogavit me Tamerlan de ætate mea; natus ſum, reſpondi, Anno* 749, & *nunc Annos natus*

ſum

(23) Sic *MS.* pro نجاوبه *reſpondeamus* in *Ed. Gol.*

(24) Proprie *nondum vacabam ab audiendo ejus ſermone;* ſic infra p. m. 640. فلم تفرغ من اكله.

(25) Videtur Præpoſitio علي ante *Nomen Proprium* علي excidiſſe; certe mox p. m. 636 in eadem formula adeſt, ubi jubet *Tamerlan:* قل علي علي الحق.

(26) Leg. potius بشيء ſolet enim cum ب conſtrui verbum اجاب *reſpondit.*

سنة تسع واربعين وسبع ماية
وقد بلغت الان اربعا وخمسين
سنة فقال للقاضي شرف الدين
وانت كم عمرك فقال انا اكبر
منه سنة فقال تمرلنك انت في
عمر اولادي انا عمري اليوم بلغ
خمسا وسبعين سنة وحضرت
صلاة المغرب واقيمت الصلاة وامنا
عبد الجبار وصلي تمرلنك الي
جانبي قايما يركع ويسجد ، ثم
تفرقنا وفي اليوم الثاني غدر بكل
من في القلعة واخذ جميع ما
كان فيها من الاموال والاقمشة والامتعة ما لا
يحصي ، اخبرني بعض كتابه انه لم يكن
اخذ من مدينة قط ما اخذ
من هذه القلعة وعوقب غالب
المسلمين بانواع من العقوبة وحبسوا بالقلعة ما
بين مقيد (21) ومزنجر ومسجون
ومرسم

ſum ; tum Cadhio Sjereſeddino dixit : Tu vero quot annos natus es? qui respondit , ego uno fere anno illo major ſum ; ergo , dixit Tamerlan , ætatem habes Filiorum meorum ; ego autem ad annum ætatis meæ 75 nunc perveni. Tum adfuit tempus precationis veſpertinæ , quæ peracta eſt , præeunte nobis antiſtite Adal-Gebbaro , precatusque eſt (27) *Tamerlan ad latus meum adſtans , & ſolennem incurvationem & adorationem peragens. Tunc diſcesſimus. Poſtera die perfidus fuit in omnes , qui in arce erant , ac cepit , quicquid ibi habebatur opum , ſuppellectilis & utenſilium , quorum numerus iniri nequeat. Narravit mihi aliquis Scriba ejus , in nulla unquam urbe eum tanta præda fuiſſe potitum , quanta in hac arce ; & maxima pars Muslemiorum variis tormentis fuit affecta , quos in arce detinuerunt partim compedibus & catenis vinctos , partim carceri , aut ædibus ſuis incluſos. Dein , relicta arce , commoratus eſt Tamerlan in Domo Præfecturæ , ac MOGOLITARUM more convivium præbuit , famulantibus ei omnibus Regibus , &*

(27) Liquet hinc , *Chingiſchanicæ religionis* cultores ſtatas precum horas ad morem a *Muhammede* inſtitutum obſervasſe ; ſic & *Ramadani jejunium* tenent pag. 225. *Ed. Gol.* nec mirum ; proxime enim accedit ad *Islamismum* , ejusque eſt propago juxta pag. 403. Sed cum *Perſis* , aliisque nunc *Timur* illud commune habet , quod non , ut ſolent *Turcæ* , e conſortio & turba ad precationem obeundam ſecesſerit , ſed eodem in loco permanſerit.

(28) مزنجر nunc videtur repetendum a ſignificatione , quam زنجير apud *Perſas* exſerit , quibus notat *catenam ;* conjungitur enim cum مقيد *compedibus vinctus.*

ورسم عليه ونزل تمرلنك من القلعة واقام بدار النيابة
وصنع وليمة علي زي المغل
(29) وقف ساير الملوك والنوابين
في خدمته وادار عليهم كووس
الخمر والمسلمون في عقاب
وعذاب وسبي وقتل واسر
وجوامعهم ومدارسهم وبيوتهم في
هدم وحرق وتخريب ونبش الي اخر شهر ربيع الاول،
طلبني ورفيقي القاضي شرف
الدين واعاد السوال عن علي
ومعاويه فقلت له لا شك ان
الحق كان مع علي وليس
معاويه من الخلفاء فانه صح عن رسول الله صلي الله
عليه وسلم انه قال الخلافة بعدي ثلاثون سنة وقد تمت
بعلي فقال تمرلنك قل علي علي الحق ومعاويه ظالم (30)
قلت قال صاحب الهداية يجوز (31)
تقلد القضاء من ولاة الجور فان كثيرا من
(3) الصحابة والتابعين تقلدوا القضاء
من

& Ducibus, ad quos pocula vini circumferri juſſit; Muslemii vero miſere affligebantur, ſpoliabantur, necabantur, in vincula conjiciebantur, eorum Baſilicæ, Collegia, & ædes deſtruebantur, comburebantur, & vaſtabantur, opesque effodiebantur usque ad finem menſis Rabiæ prioris. Me & Collegam meum Cadhium Sjerfoddinum ad ſe vocavit Tamerlan, ac repetiit quaeſtionem de ALI, & MUAVIA; eique respondi: procul dubio jus eſt penes ALI; MUAVIA vero non eſt e numero CHALIPHARUM, namque conſtat de Apoſtolo Dei, ſuper quem Gratia Dei & pax! eum dixiſſe: ſucceſſio Chaliphparum poſt me 30 Annos durabit; at hi exſpirarunt in ALI. Dic itaque, repoſuit TAMERLAN: ALI legitimus Chalipha eſt, ſed MUAVIA iniquus; respondi: dixit AUCTOR (31) HEDAJÆ: permiſſum eſſe judicis officio admoveri etiam a Principibus improbis, quoniam ſane multi ſociorum & adſeclarum [Muhammedis] ei admoti

(29) Præſtabit cum copula و legere ووقف.

(30) Subjungit *Ed. Gol.* لنفسه ſed non eſt in *MS.* nec ſupra p. m. 632, ubi eadem formula reperitur, comparet.

(31) Videtur innui *Borhaneddinus*, qui ſcripſit *Hedajam*, ſive *inſtitutionem de lege Muhammedica*, & ſupra p. m. 82. eodem hoc titulo inſignitur صاحب الهداية *Auctor* illius libri *Hedaja.* Conf. *Borhanedd. Enchir.* pag. 44. ubi itidem laudatur.

(32) Sic *MS* recte pro mendoſo تقابن in *Ed. Gol.*

(33) Sic & apud *Abulph.* pag. 180. conjunguntur *Muhammedis ſocii*, ſive *Comites* الصحابة,

 quorum

من معاويه وكان الحق مع علي في نوبته فانسر لذلك
وطلب الامراء الذين عينهم للاقامة بحلب وقال ان هذين
الرجلين نزول عندكم بحلب (34) فاحنوا اليهما والي الزاءهما
واصحابهما ومن ينضم اليهما ولا تمكنوا احدا من اذيتهما
ورتبوا لهما علوفة ولا تدعوهما في القلعة بل اجعلوا
اقامتهما في المدرسة يعني السلطانية التي تجاه القلعة ففعلوا
ما اوصاهم به الا انهم لم ينزلونا من القلعة وقال لنا
الذي ولي الحكم منهم بحلب وكان يدعي الامير موسي
بن حاجي طغاي اني لخاف عليكما والذي فهمته من
ما ساق تمرلنك انه اذا امر بسوء فعل بسرعة ولا معين عنه
واذا امر بخير فالامر فيه لمن وليه، وفي اول يوم من ربيع
الاخر برز الي ظاهر البلد متوجها نحو دمشق وثاني يوم
ارسل بطلب علماء البلد
فرحنا اليه والمسلمون (35) في امر مريج
وقطع روس فقلنا ما الخبر
فقيل ان تمرلنك ارسل بطلب
من عسكره روسا من
المسلمين علي عادته التي كان يفعلها
في البلاد التي اخذها
فلما وصلنا اليه جاءنا شخص
من

admoti ſunt a MUAVIA, & fuit ALI legitimus ſucceſſor. Quo reſponſo delectatus, convocatis Ducibus, quos deſtinaverat Halebi relinquere, dixit: ambo hi viri hoſpites veſtri erunt Halebi, quibuscum bene agite, & cum adjectis ipſorum & ſociis, & qui ad ipſos pertinent; nemini permittite ipſis lædere; ordinate ipſis ſtipendia, neque ipſos ſervate in arce, ſed conſtituite ipſorum hoſpitium in collegio, nempe SULTANICO, quod eſt e regione arcis. Fecerunt itaque, quod iis injunxerat, præterquam quod nos ex arce non dimiſerint, dixitque nobis, qui ex iis ſupremus præfectus Halebi erat conſtitutus, videlicet Emir Moſes Fil. Haghii Taghai: metuo vobis; hoc autem obſervavi ex more agendi Tamerlanis, ut, quum aliquid mali præcipiat, mox efficiat, nec inde refugiendi locus ſit, ſed, cum boni quid jubeat, negotium id alteri cuidam committat. Ipſis autem Calendis menſis RABIÆ poſterioris urbem egreſſus eſt, Damaſcum contendens. Poſtera die arceſſivit urbis Doctores, ivimusque ad eum ſub veſperam, dum Muslemiorum ſtatus erat perturbatus, & capita eorum amputabantur; diximus itaque, quid hoc rei eſt? atque reſponſum eſt, Tamerlanum exegiſſe ab exercitu ſuo capita Muslemiorum, pro ſua conſuetudine, quam obſervare ſolebat in regionibus a ſe captis; ubi vero ad eum acceſſimus, venit ad nos aliquis ex Doctoribus ipſius, cui nomen Moula Omar,

quorum ultimus fuit *Abu'l Thofail Alkenani*, mortuus *A. Heg.* 100. & *Adſectæ* التابعون quo nomine inſigniuntur, qui *ſociis* ſucceſſerunt; quibus etiam auctoritate paulo inferiores fuerunt, obſervante *Herbel.* p. 883. qui addit: *leur durée s'etend dans le ſecond ſiecle de l'Hegire.*

(34) Videtur omnino legendum فاحسنوا *bene eos excipite*, quod verbum maxime proprium in *bene tractandis hoſpitibus*, & mox hac ipſa de re adhibetur اخذ في الاحسان البنا

(35) في امر مريج eſt formula *Corani.* Vid. Sur. L: 6.

من علمايه يقال له المولي عمر فسالناه عن طلبنا فقال
يريد يستفتيكم في قتل نايب دمشق الذي قتل رسوله
فقلت هذه روس المسلمين تقطع وتحضر اليه بغير
استفتاء وهو حلف ان لا يقتل منا احد
(15) صبرا فعاد اليه ونحن ننظره وبين يديه لحم
سليق في طبق ياكل منه فيتكلم معه
يسيرا ثم جاء الينا شخص بشيء من ذلك اللحم
فلم نفرغ من اكله الا ورجعنا قايمة وتمرلنك
صوته عال وساق شخص هكذا واخر هكذا
وجاءنا امير يعتذر ويقول ان سلطاننا
لم يحضر باحضار روس المسلمين وانما امر
بقطع روس القتلي وان يجعل منها قبة اقامة
لحرمته على جاري عادته
ففهموا منه غير ما اراد وانه
قد اطلقكم فامضوا حيث
شيتم ، وركب تمرلنك من
ساعته وتوجه (16) دمشق
فعدنا

mar, ex quo, cur nos arcesſeret, ſciscitati fuimus, qui reſpondit: vult vos conſulere de cæde præfecti Damasceni, qui Legatum ipſius interfecit. Tum dixi: capita hæc Muslemiorum amputantur, & ad eum deferuntur, absque ut conſilium petierit, cum tamen juraverit, ſe neminem ex noſtris extra praelium occiſurum. Reverſoque ad eum [Omare] vidimus eum de appoſita coram ſe in orbe escario carne elixa comedentem, ac paulULum cum eo collocutus eſt; tum attulit nobis aliquis particulam carnis illius, quam necdum conſumſeramus, quum ſtrepitus oriebatur, ac Tamerlan alta voce clamabat, discurrente uno huc, altero illuc. Venitque ad nos Emir, factum excuſans, dicendo: Sultanus noſter non jusſit adduci capita Muslemiorum, ſed voluit tantummodo, ut occiſorum capita amputarentur ad erigendam inde turrim in honorem ſuum pro more ſuo. Sed mens ejus aliter, ac volebat, intellecta fuit. Vos autem dimitti jusſit, adeoque, quorſum velitis, abite. Dein caſtra movit Tamerlan, iter faciens Damaſcum verſus, ac nos

(35) Gemino uſu صبرا *patienter*, ſæpius a noſtro adhibetur, de *violenta nece;* conf. pag. m. 226, & ſpeciatim de ea, quæ fit *extra prælium*, quum quis ſervatus huc usque, aut carceri mancipatus, dein tamen interficitur, unde apud *Gigg.* formula hæcce قتله صبرا exponitur *interfecit eum, quem coërcuerat. Vatt.* appoſite dedit *de ſang froid.*

(36) Inſerendum utique نحو; ſic paulo ante p. m. 638. متوجها نحو دمشق

فعدنا الي القلعة وراينا
المصلحة في الاقامة بها
واخذ الامير موسي احسن الله
اليه في الاحسان الينا
وقبول شفاعتنا وتفقد احوالنا
مدة اقامته بحلب وقلعتها
وتجيئنا الاخبار ان سلطان
للسلمين الملك الناصر فرج قد نزل الي دمشق وانه
كسر تمرلنك ومرة تجي بالعكس الي ان
(38) انجلت القضية عن توجه
السلطان الي مصر بعد ان قاتل مع
تمرلنك قتالا (39) عظيما
اشرف تمرلنك منه علي الكسر والهزيمة
وانما حصل من بعض امرايه خيانة كان
ذلك سبب توجهه لخذا بالحزم
ودخل تمرلنك الي دمشق ونهبها
وحرقها وفعل فيها فوق ما فعل بحلب
ولم يدخل طرابلس بل احضر له منها
مال ولا جاوز فلسطين وعاد نحو
حلب

nos ad arcem redivimus, videntes optimum eſſe in ea manere. Coepitque bene nos excipere Emir Moſes (cui gratiam referat Deus!) & preces noſtras recipere, ac rerum noſtrarum curam gerere, quamdiu manſit Halebi, & in arce ejus. Adlatique ad nos ſunt rumores, Sultanum Muslemiorum, (37) Al-Malikum Al-Naſirum Pharugum, Damascum veniſſe, atque in fugam egiſſe Tamerlanum, ſed mox contrarium fuit nuntiatum, donec tandem aperte conſtitit de reditu Sultani in Aegyptum, poſt commiſſum cum Tamerlano grave prælium, in quo prope fuit Tamerlan, ut ab eo profligaretur & in fugam ageretur. ſed accidiſſe a quodam Ducum ejus perfidiam, quae cauſa fuerit ſeſe recipiendi, ut ſibi provideret. Tunc Damascum fuit ingreſſus Tamerlan, quam diripuit & incendit, ac pejus adhuc cum ea egit, quam cum Halebo. Tripolin vero non occupavit, ſed ejus opes ei fuerunt oblatae. Nec Palaeſtinam transivit, ſed Halebum reflexit rediturus, & regiones ſuas petiturus. Decimo ſeptimo Sjabani ejusdem Anni

(37) Intelligitur *Sultanus Aegypti, qui Patri ſuo Barcoke* ſuccesſerat, v. *Herbel.* pag. 188. & *Hiſt. de Tim-Bec.* Tom. III. pag. 313. ubi vocatur *Farrudge Fils de Barcouc.*

(38) Ita recte *MS.* pro الجلسب in *Ed. Gol.*

(39) Sic recte *MS.* pro corrupto غطبنا in *Ed. Gol.*

حلب راجعا طالبا بلاده ، ولما كان سابع عشر شعبان
من السنة المذكورة وصل تمرلنك عايدا من الشام الي الجبول
شرقي حلب ولم يدخلها بل امر المقيمين بها من جهته
بتخريبها واحراق المدينة ففعلوا وطلبني الامير عز الدين
وكان من اكبر امرايه وقال ان الامير (٤٠) رسم باطلاقك
واطلاق من معك فاطلب من شيت وكثر لاروح معكم
الي مشهد الحسين واقيم عندكم حتي لا يبقي من عسكرنا
احد وكان القاضي شرف الدين لا يفارقني فطلبنا باقي
القضاة واجتمع معنا نحو من الفي مسلم وتوجهنا الي
مشهد الحسين صحبة المشار اليه واقمنا ننظر الي النار وهي
تضرم في ارجايها وبعد ثلاثة ايام لم يبق بها احد
فنزلنا اليها فلم نر بها احدا فاستوحشنا وما قدرنا
علي الاقامة بها من النتن والوحشة ولم نقدر علي السلوك
في الطرقات من ذلك

كان (٤١) لم يكن بين الحجون الي الصفا
انيس ولم يسمر بمكة سامر،

وكانت نواب بلاد الشام معه ماسورين وانفلتوا اولا
باول ومات سودون بالبطن معه في قبة يلبغا واستقر في
نيابة دمسق تنكري وردي والله اعلم ، هذا ما نقلته
من كلام ابن الشحنة كما وجدته،

Digitized by Google

ni pervenit Tamerlan, rediens ex Syria, ad montes ſublimes Halebi, non vero intravit, ſed jusſit eos, qui ipſius nomine eam tenebant, eam vaſtare, urbemque incendere, quod & fecerunt, arcesſitque me Azzoddinus, qui ex præcipuis ejus ducibus erat, dixitque: jusſit EMIR [ipſe Tamerlan] *Te tuosque dimittere; pete itaque, quos velis, etiam complures, ut concedam vobiscum ad MARTYRIUM HUSEINI, ac vobiscum maneam, donec ex noſtris militibus nemo remanſerit, & Cadbius Sjerefeddinus a me non discedebat; tum arcesſimus reliquos Cadbios, quibuscum convenere circiter bis mille Muslemii, ac nos contulimus ad Martyrium Husſeini, comite eodem illo, ubi commorati vidimus ignem, quo tota urbs conflagravit, & poſt triduum nemo in ea reliquus fuit, & quando ad eam redivimus, neminem in ea vidimus, unde mœrore correpti non potuimus ibi ſubſiſtere præ foetore & ſolitudine, nec, eadem de cauſa, per plateas procedere.*

Ac ſi non esſet inter Hagjounum usque ad Tſapham,
Humanus quisquam; neque confabulationis nocturnæ
ullum in Mecca commercium.

Gubernatores SYRIÆ in vinculis ſecum abduxit, quorum unus poſt alium evaſit; Sudun vero morbo ventris obiit, captivus apud eum in turre Jalbega. In præfectura autem Damasci permanſit Tancareus Wardeus. Sed hæc melius novit Deus. Hoc eſt, quod transtuli ex ſermone *Ibn Sjabnæ*, quemadmodum reperi.

(40) Ita *MS.* pro mendoſo اسم.

(41) Integrum hunc verſum habes in *Monum. Vetuſt. Arab.* pag. 1. ubi conf. *Cl. Schult.*

FINIS TOMI PRIMI.

YA 1503840

LEOVARDIÆ,
Ex Typographia H. A. DE CHALMOT, 1767.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXIII*
B.
34